




XIII
DIONIS
CHRYSO
DE ILIO
NON
CAPTO
CREMO
1492
CURTII
EPISTO
BONON
INCUNABULI
6
52
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze











XXIII

VIII

DIONIS Chry
des Ilii Captiv.
int. PHILELPH

Crem. 1492



Franciscus Philelphus uiro clarissimo Leonardo Aretino. Salu tem plurimam dicit.



Vm nuper ex noua Roma Italiam repeti/ turus nauigarẽ cępit me desideriũ. ut lõgo quasi post liminio aliquid latine lectitarẽ. Nam cum annum iam prope septimum in thratia ob gręcas discẽdas litteras de/ gissem: neq; ullos interea latinos libros nedum aliquãdo legerim. Sed neq; inspe xerim quidem: facile admonebar nõ mi/ nus latine iam uellẽ: q̃ grece hactenus stu/ duissem & loqui: & scribere. Etenim an/ teq̃ gręcos discerem: uidebam latinam eloquentiã non mediocri stu diis illis meis impedimento esse: plurimo nunc eam ornamento. splen dor iq; futuram iudicabam. Quare qui mihi per id temporis aderant sumptis ita ut eram in naui latinis oratoribus: tu primis occurris. Non enim te minus soleo Leornarde prȩstantissime: q̃ cicerone nostro de/ lectari. Et cũ pleraq; luculenter abs te ac summa cum elegantia scripta per legerem: ea se mihi offert epistola quã ad uirum grauissimum. Salu tatum illum iam pridem accommodaras. Vbi cum inter cętera & id quoq; scriptum offenderem: solitos poetas ne dum res uerum etiam nomina fingere: mirari cępi ad mirationem plurimam. Neq; id eam ob rem mihi accidebat: q Plato queq; nomina nõ casu aliquo: sed na tura ipsa: rei cuiq; ascita demonstrarit: sed eo maxime ne forte que a ueteribus traderentur historię. Et eę quoq; cõfictę essent: aut secus at/ q; fuerint crederentur. ut enim Reliqua omittam: uidebam & Hector quod ab echator dictum deffensorem significaret. Et Priamus quod a Priamenos tractum sit: quia emptum illum ab indigenis fabulantur ea tanq; ab euentu effi cta nomina. Et huiusmodi alia permulta intue/ bar. Memineram exaltera parte scriptum apud Herodotũ legisse: q & ipse ab ęgyptiis sacerdotibus accepisse profitetur: nõ in Troiam: sed in ęgyptum helenam: cum alexandro ipso nauigantẽ ab contrariis uen torum flatibus pręteruectam: & a rege. Protheo: Menelao. Tandem restitutam. Nam tam etsi Lucianus ille noster mendatiorum crimine dã/ natum Herodotum. in Tartaro grauiter mulctari. Comiter ut assolet

a 2



grauiter locatus sit eum tamen historię patrem una omnes fatentur uoce. Memineram & Stesicorum contraria cecinisse. Memineram & alia multa: quibus facile effectum est. Quid crederem: quid sequerer Cui adhęrerem: quem admitterē: haud scirem. Rem itaq; animo uolutanti mihi. Dion ille prusensis. quē non minus ob auream illam quā usq; ueritatem: audacter loqui assueuerat: q̄ ob eam: quę omni auro liquidior: purior: gratior: ex eius ore oratio effluebat: Chrisostomum cognominant: oportune uenit in mentem. Is enim cum alia multa: & grauia: tum in philosophia: tum in reliquis bonis artibus scriptitasset. Voluit & que ad rei Troianę ueritatem pertinere iudicasset: in mediū referre. Lego inter nauigandum hominem. Placet latinum facio: non enim grauitate & auctoritate uiri: minus q̄ rerum ab se scriptarum probatione: demonstrationeq;: mouebar. Non autem ab re. Traianū illum. Cęsarem: qui cum cęterarum omnium uirtutum. Tum iustitię & ueritatis: in primis a sapientibus: & claris uiris laudari mirifice solet usq; adeo huius uiri familiaritate delectari solitū prędicant: ut in atrio impatorio domestice secum & cōiunctissime uiuere uoluerit. Cognorat enim. sapientissim us ille princeps. non solum quanto hic ingenio & doctrina prębitus: esset sed & qua animi grauitate: qua prudentia. q̄ deniq; uirtute. sinceritate: fideq;: pstaret. Quanta uero & Vespesianus: beniuolētia uirū hunc admodum iuniorem complexus fuerit: declarant & alii gręcorum codices nonnulli: & quattuor eius de impio ad Vespesianū ipm copiose: & grauiter: elucubrati sermones. Quid autem de Nerone dixerim? qui tanta in admiratione: & reuerentia: & honore: Dionem hunc habuisse traditur: ut nihil frustra eum ab se petere passus sit: sed & pręter ingenii sui sęuitiam: atrocitatemq; naturę: clarissimorum hominum uitas: quos morti condemnarat. per oranti sibi condonauerit. Cum Dionis autem auctoritas tanti faciunda sit: ut uix cuiusq; pluris: nō ipse sum tamē in scius q̄ per multi huic. eius de re Troiana sententię refragabuntur: & ii: maxime: qui uel gręcarum litterarum ignari: uel suopte ingenio rudes sunt. Adeo namq; induratę mendatio quorundam sunt ceruices: ut aiunt: ut insanire facilius q̄ nullam fuisse captiuitatem. Ilii admittere posse crediderint. Neq; hos ego demirer quidem: quādo quidem & ex maioribus nostris: quosdā & eos maxime qui probatissimi uerissimiq; habentur non nulla scriptitasse intuemur: quę nulli congruere ueritati facillime quis inueniat.

Nam ut ea quę non ita in manu sunt: & plurimorum uerborum indi/
gent: missa faciam hoc tẽpore. Tradunt pręclari quidam: tantam esse
olympi altitudinem: ut neq; ullis uentoꝝ spiritibus cacumen illius per
flari: neq; ullis imbribus dilui: aut niuibus premi queat. Ipse uero & my
sium uidi: et Macedonię Olympũ: Insignis. n. alios: altiores ue: hoc ap
pellatos nomine nullos scio: Vtrumq; ascendi montem: cacumen
petii: superauiq;. Indolui sępe numero macilentiam atq; tenuitatẽ: cor
poris mei ea ꝑterritus formidine: ꝙ ꝑ nimio illo uentorũ flamine atq;
ĩpetu me ĩuitũ: (uel sine alis) deuolatuꝝ plane uiderer intueri. Niuibus
autem referti adeo illi sunt: ut ea ẽt ãni parte: qua sol uehementior eas
regiones radiis impetere: ac prope exurere uidetur niues: ab ipsis usq;
cacuminibus deportentur: uendanturq;. Idem de Atho fabulantur
monte: cũ idem nuperrime ipse expertus uiderim. Verum existimabũt
fortasse id eo ĩ ꝑ̃sentiarũ accidere: ꝙ Iuppiter moleste tulerit nihil sibi
uictimarum litatum iri. At dicent fastidiosi quidam. Nonne uirgilius
illa quęq; diligenter uiderat: quę ad enee. Troianorumq; laudem: spe
ctare uiderentur? quasi ęgyptiorum linguę: litteraturę ue: cognitionẽ
uirgilius tenuerit: & non Homeri potius imitator fuerit. At q̃ ꝑspicuũ
est: uetustissimos grecoꝝ quosq;: ad ęgyptios discendi gratia: quo pa
cto latini ad grecos cõsueuerant: commigrare solitos. Et illorum sen
tentias: auctoritatesq;: in laudatissimis disciplinis: rebusq;: secutos. Id/
q; d̃ Orpheo Museo. Melampode. Dedalo. Homero. Licurgo. Solo
ne. Pythagora. Eudoxo. Democrito. Oenopode. ac de ipso deniq;
principe philosoporum platone legitur. Quã uero de re Troiana ue
ritatem reli qui gręci: siue publice: siue priuate studẽtes glorię occul/
tare uoluerunt: noluit. Chrisostomus hic noster pro sua aĩ modestia
subticescere. Sed quid pluribus hac de re loquar oportet? Pręsertim
apud te grauissimũ: & eloquentissimum uiꝝ: qui gręca nõ minus atq;
latina quęq;: unusoĩum egregie ꝑdidiceris: ac diu multũq; tractaue/
ris. Quo fit ut longe ẽt maiore cum fiducia Dionẽ hunc nostrum ęde
re ausim. Quis. n. nisi & indoctus: & rudis: & ĩpudens: improbatũ ire
ausit: quod uel probatũ tibi: uel admissum audierit? Hunc aũt eo pla/
cuit ad te scribere. quo & meus ĩ te singularis amor: sũmaq; obseruã/
tia tuę humanitati innotesceret: & ex auctoritate tua (ut uerba tua re/
cognoscas) auctoritas q̃si q̃dã: nouę huic & ĩ auditę ĩ uulgus de nulla
Ilii captiuitate sñię: splendorq; accedat. Quare iam Dionem ipsum
audiamus.

¶Dionis Chrisostomi Prusensis philosophi ad Ilienses Ilii captiuitatem non fuisse.

n On ego sum ad modum nescius: q̃ omnis docere homines perdifficile sit: fallere autẽ facile. Et summo quidem cum labore discũt: si quid & illi a paucis quibusdam nec in eruditis discãt. Falluntur autẽ illico a nesciẽtib⁹ plurimis: neq; solũ ab aliis q̃dẽ uerũ & ipi ex seipis fallunt᷑. Rudib⁹.n.ueritas amara: & tristis est. Mendacium uero: & uoluptuosum: & dulce. Veluti & iis accidere puto: qui ex oculis laborant: lucem quidem non absq; difficultate: molestiaq;: inspiciũt. Obscuritatem uero quę in picere haud sinit: facile & cum suauitate patiuntur. Nam quo pacto mendacium sępe ueritati pręstaret: nisi pre uoluptate uinceret? Cum itaq; docere perdifficile sit (ut dixeram) Longe profecto a iam edoctis in aliam traducere sentẽtiam: difficilius est: & grauius: & eo maxime: cum temporis multum mendacia quidam audierint: neq; ipsi dũtaxat: sed iporum & patres: & aui: & maiores prope omnes decepti sint. Non enim secus difficile est: horum auferre opinionẽ: (neq; plane quis reprobet quidem): q̃ si quis suppositos partus ab his uera etiam cum dictione studeat: ab quibus enutriti fuerint: demum auferre. Age: si quis ipsis ab initio rem dixisset: nũq̃ certe illos accepissent: uerum ideo irrobo rauit hoc: inualuitq;: ut nonnulli quę mala sunt magis: ubi ea prius ad miserint. q̃ quę bona. si post curricullum temporis audiant contra se se: & fingant: & fateantur: Haud igitur: & uos demirer uiri Ilienses: si Homero magis: qui durissimis in rebus uos contra mentitus est: q̃ mihi uera narranti fidem pręstiteritis: siq; diuinum quidem illum: sapiẽtemq; uirum: opinamini: & illius uersus quibus aliud nihil q̃ falsę in urbem execrationes continentur: filios principio edocetis: me uero: q res: tum ueras: tum factas loquor: propterea q̄ nonnullis annis posterior sum Homero: minus tolerandum iudicetis: pręsertim cum dictitare permulti consueuerint: tempus esse iudicem rerum optimum. Quoniam uero post multũ tpis rem audiant: eo fidei minus p̄standũ putant. Si quidem apud argiuos Homero cõtradicere: eiusq; poesim maximis in rebus ostendere mendacem ausim: non iniuria fortassis iniq; ferrent: et urbe eiicerẽt: si illorum gloriam penitus obscurare: delereq;: uiderer. Vos autẽ: (quoniam pro uestrorum maiorum gloria studuerim) par est mihi habere gratias: & q̃ prõptissimos auditores:

attẽtissimosq; prębere. Illud āt principio uobis dico: necesse fore oratio/nem hanc: & apud alios enarrari: & audiri a pluribus: Quorum alii quidem non intelligent: alii uero simulabūt aspernari: cū minus tamē ipsa re aspnentur. Alii uero refellere conabuntur: & max me (ueluti opinor) miseri sophistę. Ego aūt certo scio: nec uobis q̄dem oratio/nem hanc fore uoluptati. Hominum. n. plurimi usq; adeo glorię fer/uore depereunt: ut desiderent magis uel maximis se infortuniis: sermo nibus hominum celebrari: q̄ nihil mali passos ignorari. Ipsi nanq; Ar giui nollent mea sententia: quę de Thyeste & Atreo Pelopidisq; nar rantur secus habuisse: sed ęgre patiantur si quis tragedorum fabulas reprobādo manifestet: inquiens neq; Thyestem fratris uxori commi/scuisse se se: neq; Atreū illius filios post foeto traditos: dilaceratosq: patri epulū prębuisse: neq; Orestem matrem enecasse. Hec oīa si quis dixerit moleste ferant. Perinde atq; calumnia molestiaq; cōtumeliaq; affecti. Idem aūt & Thębanos passuros puto: si quis eorum erūnas mē dacii plurinum sapere demōstrarit: ut neq; Oedipus parricidiū: neq; matris concubitum perpetrarit: neq; se ipm excęcarit: neq; ipsius filii pro moenibus inuicē se necarint: neq; ut demissa Sphinx eorū absor/buerit pignora: sed cōtrariū & lętant: & gaudent: si audiāt & sphyn/gem in eos missam: ob Iunonis irā: & Laiū a filio neci deditū: & Oedi pum qui hęc tum egerit: tū passus fuerit: oculis orbatum ob errare: & antea quoq; alius eorū regis urbisq; conditoris Amphyonis filios: qui ornatissimi oīum extitissent: ab Apolline & Diana sagittis cōsumptos esse. Quę quidem oīa qui fistulis & cantu recitant: tolerant: excipiun tur: apud eos in Theatro & horum gratia p̄mium ei statuūt: qui aut oratiōe: aut fistularū sono: auditores ad misericordiā cōmouerit maxi me. Et ad id insanię deuenere non nulli: & ita eorū inualuit: & inuete/rauit elatio: ut eum qui dicere ausit horū quę narrant fuisse nihil: urbe eiitiāt. Eo nanq; desiderio: & cupiditate sunt: ut uelint uel qualemcūq; sermonē de se haberi. Verūtū pati res durissimas prę timiditate nolūt Metuūt. n. mortes: doloresq;: memoratui aūt haberi pinde ac passos plurimi faciunt. Ego uero neq; quo uobis obsequar: neq; ut Homero dissentiam: neq; ut eius glorię inuideā: enitar on̄dere q̄cūq; ab eo de hisce rebus mēdose meo iudicio: dicta fuerint: nō aliūd e quidē: sed ab ipa eius poesi demōstratiōem: probatōemq; suscipiens: sic. n. & uerita ti fauero: cū ob mineruā: maxime ne uideat suā se urbe iniuria destru xisse: neq; patri suo cōtraria uelle: Tum neq; id minus ob Iunonem: & Venerē. Durū. n. & absurdū est hāc quę Iouis sit cōiūx: prętulisse uiro

a 4

unum ex Idę bubulcis iudicem sue formę. & pricipio cū uenere de formę prestantia cōtēdere: se inter saturni filios esse maximā natu: Inquiētem q: (Ita.n. Homerus declarauit fingēs). Et me maiorē genuit saturnus in annis. Deinde uero ita grauiter se habere: aduersus paridem cui ipā iudicādi arbitrium pbuisset: nam & i humanissimū certe est: ut qui iudicādi facultatē dederit: inimicū Iudicē ducat. Quoniā secus ac ipse cuperet iudicarit. Venerē aūt. turpe adeo: & iniustū: pnitiosum: q munus elargitam: nullam hūisse rationē: Neq sororis Helenę: neq ipsius qui pro ea sniam tulerat Alexādri: sed tale cōnubiū elargiri: q & ipm: eiusq parentes: & urbem: deniq ipam: perditum iret: Preterea quoq neq illud helenę puipēdendū exstimo: Hęc filia Iouis dicta: ob iniustā quidē famam dedecoris clamores sortita ē: ob egregiam uero animi uim: atq uirtutem: dea est apud grecos existimata. Sed qq in huiusmodi rebus nostra uersatur oratio: nōnulli tamē magistri ludi ipietatis me accusabūt: q Homero cōtradicere ausim: et apud misellos adolescentulos carpere pgent. Quos ego nō pluris: (ut aiunt): atq simias facio: Primum itaq homerū ferunt: ob pauperiē: atq egestatē mendicare in grecia. Huiusmodi uero hominē uti mendatio quo largētibus morem gereret: Ac talia dicere: qualia illis ad uo luptatē forent nullo modo fieri posse uolunt. eos autē qui nūc i pauptate positi sunt: nihil sani dicere aiunt. Quorum neq attestatiōes pro minima re quapiam neq laudes: ut ueras: admittūt. Sciunt.n. q adulatione quadā: necessitate coacti loquuntur oīa. Postea uero inquiunt: alios ut pauperi alios ut in sano: argenti aliquid porrigere solitos: magisq opinātur eos qui p id tēporis fuerunt ipsius dephendisse insaniā. Vera autem mēdatiae: loquētis haud addidere. Nequaq ego Homerum tamen paupertatis uitupero. Impedit.n. nihil sapientem uirum esse pauperem: Insanūq uideri. Sed quoniā: (quo ad eā quā de Homero & de paupib⁹ habent opinionē:) cōsentaneum est: nihil sani ab eo dictū. Verū neq hoc quidem putant Homeri naturę i esse mēdacii quicq. aut mēdacē quicq ab eo admitti. At Vlyssem quo maxime delectabatur plurima mentientem finxit. Autolycum uero etiam peierare: & hoc ei amercurio datum dicit. De diis autē imortalibus: cū omnes: (ut ita dixerim): tum ii maxime qui plurimū ei laudis attribuunt una fatētur uoce: Homerum nihil locutum ueri: & huiuscemodi responsiones expiuntur porrigere: ut non ita sentiens: sed tanq ęnigmate & trāsumptiōe usus hęc dixerit. Quid ergo obstat: & de hominibus talia ipsum locutum

Narratio

esse. Nam qui de diis minus clare quę uera sunt loquitur: contraria āt ita narrat: ut plane a quibusuis mentiri existimetur: & hoc presertim utilitatem prę se nullam afferente. Quomodo etiam de hōibus: quod nis mendacium dicere hebescat? quando quidem & deos tristari finxerit: & suspirare: & traiectos uulneribus. ac morte pene confici. Itemq;: & adulteria: & uincula: fideiussionesq; deorum. Non ea enim imprę sentiarum dico quę a plęrisq; antea dicta sunt. Nam neq; Homerum accusare sed tantummodo ueritatem ostendere ꝙ secus scilicet atq; ab eo dicitur res habuerit: in animo est. Ad postremum quoq;: & pro ipsius causa quę mihi uisa fuerint: respondebo. ꝙ autem unus omniū ad mentiendum impigerrimus fuerit: neq; id dicere turpe duxit: ostēsurus ipse sum. Vtrum autem uel recte: uel non: id egerit. Hanc in prę senti considerationem missam facio. Omittens igitur quęcūq; de diis immortalibus nepharie: ac ꝑperam: pręterq; dignitatem suam finge/re uisus est: hoc unum dūtaxat dixerim ꝙ neq; deorū sermones: quos ait inuicem eos colloqui referre ueritus est: neq; solum qui prę sentibus diis omnibus in medium habiti fuerint: sed & quos inter se aliqui pri/uatim habuere: ueluti Iuppiter i Iunonem: ꝑculsus ira. quoniam ipsius dolo Troiani superati tūc essent: locutus ē: & ueluti antea quoq; Iuno Venerem deprecatur: ut & patrem ueneficio subigat: & cōtextum sibi illud: quod amoris faciundi uim habet ac uarium tradat cingulum. Hoc autem uerisimile est: clam diis omnibus Iunonem deprecari. Nā neq; inter homines quidem conuenit: uiro uxoreq; inter se disidenti bus: & inuicem interdum per conuicium accusantibus: quemq̄ alium noscetalia. Et Vlyssem tale quid obseruātem finxit. Nam ne uideat fastu quodam: illos qui de eo apud deos habiti essent: enarrare sermo nes: Inquit: eos illum ex Calypso: illā uero ab alio quopiam accępisse: De se uero nihil tale dixit. quod ab deo aliquo audierit: usq; adeo par uipendebat homines: ac nihil sua interesse putabat: ꝙ dicere nihil ueri uideretur. Nā neq; suadere cuiq̄ putauit: Vlyssem scire: qui de se apud deos habiti sermones essent: sed cum diceret omnia audisse: multis ꝑ suasit. Narrat autem & Iouis cum Iunone in ida concubitum: itemq; & uerba quibus ante concubitum usus sit. Ita narrat ac si ipse uiderit audieritq;. Nubes autē: qua Iuppiter undiq; circūtexit: ne manifestus fieret ulli: ei ut uidetur impedimento nō fuit. His autē aliud maius qd dā ueluti moetā aliquā cacumēq; supadidit. Nā (ne qua nos dubietas caperet) quomodo deos sciat: ita fere nobis loquitur: tanq̄ deorum

linguę non inexpertus foret: eam nanq; dissimilem ait nostrę. q̄ q̄ nō eadem in una quaq; re nomina: quibus nos utimur illi dicunt. Hec āt eo patere ostendit q̄ alitem quandam Cimindyn: aquilam ab hoibus nominatam: Calcidem ab diis uocatā dicit. Et quendam ante urbem locum: homines quidē Batian: deos aūt Mirines monumētum nuncupare. De flumine uero nobis loquens: q̄ nō Scamādrus apud deos sed Xāthus appellet: hoc iam ipse nomē suis in uersibus usurpat: quasi nō solum liceret sibi: alias gręcorum linguas cōmiscere: & interdū quidem ęolice: interdum dorice: quādoq; uero ionice: loqui sed & deo℞ immortalium uerbis uti. Hec aūt dicta ab me sunt: nō accusandi gratia: ut premissi: sed q̄ ad mendacia enarranda strenuissimus oium Homerus esset: neq; in mentiēdo minus: q̄ in uere narrādo audacter consideret: exultaretq;. Sic igitur cōsiderātibus: parua admodum: paruiq; faciunda uidentur ea quę Homerum emētitum dico. Nam & humana certe: (si spectes diuinam incomprehēsibilemq; naturam): mendacia illa sunt & non nihil persuasiua sed iam metam extremāq; manum supaddidit. quēadmodum. n. barbaris ii loquuntur quos diglossos. i. duas scientes linguas uulgo appellant: nostraq; illis interpretantur: eodem quoq; modo Homerus nobis loquitur ea quę deo℞ sunt interp̄tans: tāq̄ diuine locutiōis nō ignarus. Primū. n. ait q̄ nō ea similis nostre sit: neq; eadem apud nos: illosq; sunt nomina. Deinde uero de quibusdam exponit. quomō utunt̄ dii. Veluti quam nos aquilam: dii Calcidem uocant. Quēdam uero pro ciuitate locum Batian noiatum mirines monumentū apud deos dici: Moli āt ingens apud deos dici: ea uero est cōtra ueneficium herba: siluestris ruta: qui apud hoies uocaretur non addidit. Fluuium aūt inquiens: non Scamādrum: sed Xanthum apud ipsos nominari. hoc iam modo in uersibus utitur: tāq̄ liceat sibi non solum gręcorum miscere uoces: neq; lōge priscis nominibus: sed & diuinis uti: & interdū q̄dē ęolice: quādoq; aūt dorice: rursum uero ionice: loqui quēadmodū ut existimo Thesalice aut cretice & ueluti si Thesalos audiēs fo℞ uocauit portū. hęc aūt a me dicta sunt ut iam premiserā nō accusandi gratia: sed q̄ strenuissim⁹ ad mēdaciū sit Homerus: neq; in mēdacitate minus: q̄ in ueritate narrāda cōfidens exultabat. Hoc igit̄ mō cōsiderātibus: nihil ampli⁹ co℞ q̄dē quę a me demōstrātur: admirabile: incredibile ue sed parua & humana quędā ad diuina et magna mendacia uideant̄. Aggressus. n. illud narrare bellum q̄ cum Troianis Achiui habuere: nō statim a primordio: sed

unde incidit orsus est. Id aũt mẽdaces prope oẽs q quominus deprehẽ di queãt: nihil gradatim: & suo ordine: narrare uolunt: implicãtes: intricãtesq; efficiunt. Nam si secus ab illis fiat re ipsa manifestant. Hoc ãt & i indicii intueri licet: Alium. n. ii quẽdam obseruãt ordinẽ qui cum arte mẽtiunt. Volẽtes ãt uera dicere: ita narrãt: ut unum quodq; contingit: primũ qdẽ primo: secũdũ ãt secũdo: Itidemq; & alia deinceps Hec igitur una est causa quo minus a poesis primo initio pro rei natura coeptum sit. Altera uero causa q ipsius principium: finemq; arte ac dolo studuit maxie pditum ire: & ipa℞ re℞ opinionẽ contrariã factũ ire. Proinde neq; principiũ neq; finẽ clare ac liqdo narrare ausus est neq; de his quicq̃ dicere pollicitus: sed sicubi meminerit: negligenter: & breuiter: pspicue q; perturbans meminit: nã nequaq̃ in his confidebat: neq; poterat quidem apte dicere: cõtingit ãt & hoc mẽdacibus q̃ sepissime: ut alia quedã ex re ipsa dicant: in iisq; tũc immorent cũ rem maxime ocultare uelint. Narrant aũt neq; proponẽtes ueq; audito rẽ ad attẽtiõem: cõstituẽtes: neq; unũ quodq; in suo ponentes loco. Id ãt eo faciũt: quo maxie auditores lateat: & quoniã quãdã uerecũdiã turbationemq; afferre mendacium solet: & tũc maxime cũ de maximis rebus sit. Vnde neq; magna uoce: mẽtientes: cum ad hoc deueniunt: loqui solent. Quidã uero garriũt. & obscure dicũt: Alii uero nõ tã q̃ ipsi quid uiderint: sed tanq̃ ex aliis accepint loquunt. Sed q ueri aliqd narrat: confisus & nihil subterfugiens narrat. Neq; Homerus igit de raptu Helene: neq; de urbis captione: clare loquutus est: neq; licentia dicendi quadam: & ostentatione in iis utit. Enim uero strenuissimus ad mentiendũ: (ueluti dixeram): existens: repulsus deuictusq; subterfugiebat: q sciret secus narrare q̃ ipsa re fuisset: et ipsam rei summam emẽtiri Na & unde initiũ capere magis decuit q̃ ab illa ipsa quã Alexander ppetrarat iniuria: cõtumeliaq;: qua & bellum cõstitutũ esset? Presertim cum omnes qui cõtigerant & ira tenerentur: & pro fine cõtenderẽt Troianos aũt: in qbus reb⁹ patiebant misericordia teneret nemo: sic. n. beniuolentiorem & attẽtiorem fuisset auditorem habiturus. Sin rursus: que omnium maxima formidabilissimaq; fuissent: uarios multiplicisq; affectus: calamitatesq; (id quod etiam omnes in primis oium audire cuperent) narrare uoluisset: quod aut maius: aut formidabilius: urbis captiõe narrare poterat. Neq; pluris certe homines loeto cõfici: neq; aliud miserabili⁹ quicq̃. Alios qdẽ ad immortaliũ deorum aras: pro tuẽda uita defugiẽtis. Alios uero pro natis: & uxori

ratio insulsissima mendacium natura

Cur poeta a rerum initio nõ exordiantur

mendacii natura.

ignoras autem poeticam

bus repugnantes. Neq; mulieres: neq; uirgines regias: ita in captiuita tem: aliquando et dedecus actas esse: Alias a uirorum: alias a patrum complexibus: alias a fratrum extrahi: Ipsarum aut quasdam: ab ipis de orum simulachris uiolenter abduci que cum amantissimos uiros: in nece iacentis: & teneros infantulos: q seuissime: humi lapsos intueren tur: neq; dicendi extremum uale: neq; oculos claudédi. facultatem ha bebant: neq; plura deorum templa in predam agi: neq; pecunias diri pi: neq; ita urbem penitus incendi: ac flagrari omnem: neq; maiorem clamorem: aut sonitum: fragoremq;: & aeris & ignis: illis qdem pere/ untibus: his autem irruentibus: Hec autem priamum: tāq̄ breui futura loquentem finxit: que poterat ipse pro sua uoluntate: ut iam facta per currere: & cum quacūq; consueuerat celeri natratione: que minima fuissent: & augere: & in admirationem: stuporemq;: adducere. ꝙ si ui rorum illustrium: loetū narrare uoluisset: qui uel Achillis uel Memno nis: uel Antilochi: uel Aiacis: uel ipius deniq; Alexādri: necem omisit: Qui & Amazonū exercitum: preclaramq; militiam: & illud quod dicitur Achillis cum Amazone gestum prelium adeo pulchrum & ad mirabile reliquit. Aut cum amnem pugnantem finxit: quo admiratio ne aliquid dignum diceret: & uulcanum cum scamandro dimicantem reliquosq; inter se deos uincere: ac uinci: & uulnerari: ea ductus cupidi tate: ut ob egestatem tantarum: taliumq; quas reliquisset rerum: ma / gnum aliquid mirabileq; narraret. Que autem Priamum dicentem finxit talia sunt.

Cur amnem pugnantem finxerit.

Neq; pater: senii sub imine perdet iniquis:
Omnipotens fatis: durissima multa tuentem.
Natos morte premi: natas seruire trahenti
Euerti thalamos: & paruula pignora tristi.
Precipitata solo: passim: mauorte sub alto:
Et danaum nuribus nymphas abducier atris.
Meq; aliquis: postq̄ pressum mucrone corusco.
Verberat: & gelidos animo spoliauerit artus.
Extremum uis cruda canum trahet hostia circum.

Cur humiliori materiae adhaeserit

Necesse est igitur ex his fateri: aut rudé Homerum: & ignauum rerum iudicem fuisse: & ob id minora: humilioraq; elegisse: maxima uero: atq; grauissima: aliis reliquisse: aut nō eum posse: id quod dixeram. ir roborare mendacia: in his aūt: quomodo res acta fuerit: poesis osten dit. Id āt uolebat occultare: nam & ita in odyssea res in itacha mor/

temq; procorum ipse narrat. Mendaciorum autem maxima nequaq̄ pertulit dicere. de sylla: de Cyclope: de ueneficiis Cyrces: de Vlyssis ad auernū descensu. Sed Vlyssem apud Alcinoum: narrantem finxit. Quo loci & de equo: & de Troię captione canēs demodocus paucis narrat uersibus. Videtur autē mihi. Haud q̄q̄ hęc ab initio: q̄ppe quę nunq̄ fuissent animo habuisse. Poesi: uero progrediente: quoniam uideret facile homines admittere omnia: ipsos aspernando: gręcis autē: Atridisq; obsequendo: omnia confudit: & in contrarium transtulit: dicit autem incipiens.

Pellidę cane diua trucem implacabilis iram.
Graiugenis que Mille tulit: funesta dolores.
Multorumq; nocens animis: repleuit Auernum.
Fortibus Heroum. canibus quos dira trahendos.
Alitibusq; dedit: Iouis Hinc sententia Mansit.

Ait. n. hic: de pertinaci Achillis dūtaxat ira: de calamitatibusq;: & achiuorum pernicie: se dicturum: q̄ multa. & terribilia passi fuerint: ac multi perierint in sepulti: perinde atq; maxima hęc in re fuerint & poetica narratione dignissima: Iouisq; sententiam. hisce in rebus perfectā ac finem sortitā dicit: queadmodum certe contigit. Rerum autem demum uicissitudinem: & Hectoris loethum: in quibus pollicendis beniuolos fuisset auditores: & attentissimos: habiturus: Haud proponens tetigit: Neq; q̄ ad postremum: Ilion captum fuerit: fortassis enim nundum consilium inierat: peruertendi omnia. Postea uero cum uellet malorum causam narrare. Alexādro helenaq; omissis: de chrysse & eius filia nugas refert. Ego igitur ab uno ex ęgyptiis sacerdotib[9] qui bene ad modum: diligenter & ad unguem: ut aiunt: rem narraret: talia audiui. Is enim cum alia grecorum multa: ridiculosa: diceret. tāq; ueri nihil de rebus plurimis cognoscentium: tum hac maxime cō iectura uteretur: q̄ & Troiā. ab Agamenone captam certo credant. Et helenā: menelao nuptam: alexandrū adamasse: & hoc ita uehemēter credāt: ab uno decepti uiro: ut eorum: quisq; iureiurando. id affirmaret: Aiebat autem: historiam ipsam oēm prius apud eos mandatā litteris: partim quidem i sacris scriptā codicibus: partim uero q̄busdā impressam statuis: Quędā uero a paucis aliquibus solū deletis statuis celebrari. Nō nulla: aūt & ex his que statuis impressa sunt: ob illoꝝ ruditatē: atq; incuriā: qui postea secuti sunt: minime credi: esse autem animaduerte uim Poetarum

hec quę ad facta Troiana pertinēt in iunioribus: Menelaū nāq; : apud
ipsos uenisse: & omnia ueluti gesta fuerāt narrauisse. Me uero depre/
cante rem narraret? principio quidem refragabatur : cum diceret
gręcos superbos: atq; elatos esse: qui cum oium ruditissimi sint: erudi/
tissimos sese putāt. Hoc autem morbo: nullā esse molestiorem pestē:
neq; uni: neq; pluribus q̄ cum rudis aliqs: se sapientissimum ducit. Hu
iusmodi. n. ho mines nunq̄ ignorātia liberari posse. His aūt uos gręci
Iuniores adeo estis affecti: ut poetā aliū quēdā qui ab Homero ꝑsuasus
hęc itidem oia de helena finxisset. (Hunc aūt stissichorꝝ puto) ab He/
lena excęcatum : tanq̄ mēdatio usum dicatis. Rursus aūt ubi cōtraria
finxisset: continuo reuidisse. Quę dicentes. nihilo tū minus uerā esse
homeri poesim inquiunt. Et Stesicorum quidem insequēti oda narra
re: q nusq̄ oio Helena nauigarit? Alii autē quidam inquiunt: Helęnā
ab Alexandro quidem Raptam: sed huc apud nos in ęgyptum appli
cuisse. Neq; tamen in re tā dubia: tāq̄ absurda suspicari deceptionem
Natura graecorum querunt. Huius autē: rei cām aiebat: quoniā uoluptatē gręci mirifice
colunt: quę suauiter ex aliquo & uenuste referente audierint: ea existi/
mant q̄ uerissima: & poetis quicquid mentiri uelint assentiunť: & ipis
plane licere dicunt: Verūtamen quęcūq; illi narrauerint credūt. eosq;
interdum i his de quibus ābigunt rebus testes afferūt. Apud ęgyptios
aūt nullo mō licere inquiebat: neq; ꝑ metrum narrari quicq̄: neq; poe
sim oio esse. Sciunt. n. hoc auditui uoluptatis uenenū esse. Quēadmo
dum igiť sicientes uini non indigent: sed iis abūde aquā bibere ē: eodē
modo uolētes quę uera sunt noscere metrorꝝ indigere nihil sed satis
iis supq; cedit audire simpliciter: Poesis uero ita audire mendacia per
suadet: ueluti uinū incōsiderate: & inaniter: bibere. Sicuti ergo ab illo
audiui narrandi ꝑiculum faciam. Addamq;: quęcūq; mihi: quid: ueri
hac in re sapere uisa sunt. Inquit enim: in spartha fuisse Tindarꝝ: &
sapientem uirꝝ: & regem maximum. Hunc duas ex lęda filias : duosq;
filios genuisse. Hos autem eodē quo & nos dicimus noie appellatos:
puellas: quidem clytē nestram: & Helenam: gemellos aūt pueros. Ca
storem: & pollucem: ꝑ pulchros illos: & magnos quidem : & gręcorꝝ
oium longe fortissimos: fuisse aūt Helenam formę p̄stantia famosissi
mam. Multosq;: cū adhuc puellula esset eius connubiū petiisse: Qua
quidem ab Atheniensium rege Thęseo rapta cum eius fratres repen/

te Thęsei solum inuasissent:urbe in pdam uersa:sororem reportarūt Accipientes itaq; ii mulieres alias abiere. Thęsei uero matrem captiuā ad pęnam egere:fuisse nāq; ipsos tales:qui omnem gręciam pulchre debellare:ac facile funditus expugnare:pro uolūtate potuissent. Tūc autem subdidi:ꝙ & apud nos hęc dicerentur:ꝙq; & in olympia: ipse uiderim in tépli iunonis errario raptus Helenę monumétum ligneę in sculputū arcęquā Cypselus deę obtulisset. Castorem:& pollucem:te/nentes Helenā:quę Ethra Thęsei matre capite apprehensa:eius comā dilacerans traheret. Item & suprascriptionem priscis litteris inscriptā. Post hęc auté inquit. Timens tyndaridas Agamenon (sciebat enim ꝙ peregrinus:esset:& aduentitius:dominaretur Argiuis) uolebat eos si/bi affinitate conciliare. Quamobrem Clytemnestra uxore sibi acce/pta:fratri Helęnam procabatur. Gręcorum autem nemo ei se assen/surum inquiebat. Cum unus quisq; sibi ex genere magis conuenire:ꝙ Menelao pelopidę diceret. Venerunt aūt & exteri proci multi: cū ob eius pulchritudinis gloriā:tum ob fratrū patrisq; potentiam. Visi aūt mihi sunt:& hoc uerissime narrare. Qui plysthenis Sitioniēsis: Tyrā/ni:filiam:quendā ex Italia incolentibus procatum uenisse tradunt. Et pelops quidem ex asia profectus. Hippodamiam:oenomai filiā. Thę/seus uero unam ex amazonibus:a flumine Thermodonte:uxoré du/xit. Et ueluti ille inquiebat ipsa etiam:Io:ab suis dedita quidé:non aūt in bouem uersa:& asylo usq; adeo stimulata:ęgyptum petiit. Ita enim mos erat:ut etiam plurimum distátes: ubi gloria florerét:& traderét & acciperent inuicem mulieres. Vnde & alexandrum quoq;: tum pa ternis:confisum uiribus:tum cunctę prope imperitatem asię. Neq; pręterea Troia distante multum:& pelopidis iam in gręcia uiolentius dominantibus:ac rebus maxime perturbatis:coniugii conficiūdi gra tia. uenisse inquiebat. Veniens itaq; cum opibus multis: & apparatu plurimo:ueluti coniugium contracturus. Tyndarum & Helenę fra/tres pro constituenda re ad uerba uocat. Qui de Priami imperio: de pecuniarum copia; deq; potétia quaq; alia:& ꝙ successor imperii ip/se futurus sit narrans. Menelaum priuatum esse aiebat hominem non .n. illi sed Agamenonis filiis dūium attinere:quodq; deoꝝ ipe amicus esset:& sibi uenus quod optimū inter mortales cōnubiū foret pollice retur. Se igitͬ illius iprimis filiā delegisse:tā ętsi liceret ei si uellet aliquā

ex asia accipere: siue egyptiorum regis: siue Indorum filiã. Alioꝝ.n. omnium a Troia in ethiopiam usq; principatũ se tenere predicabat. ethiopibus namq; nepotem suum Memnonem: qui ex fratre Priami Thytono natus esset: Impare: q & aliis suasionibus multis usus: Ledã & alios quosq; necessarios muneribus afficere. quotquot neq; oẽs una greci potuissent. Et se preterea dicere cognatiõis linea helene iunctũ esse. Priamum nãq; ab Ioue originem ducere: scire aũt & illos ipoꝝq; sororem: ex ioue esse: Agamenoni uero: menelaoq; patriã exprobare Eos namq; ex syphylo phryges dicere: longe itaq; prestare asie regib⁹ q̃ asie trãsfugis affines effici. Nã & laumedontẽ quoq;: thelamoni q Troiã nubendi gratia cum hercule petiisset. Hesionem filiam dedisse Herculem enim ab eo duci tanq̃ laomedontis & amicum & hospitẽ: Ad hec igitur consultanti cum filiis Tyndaro: sanius consilium uisum est. de affinitate cum asie regibus contrahenda. Pelopidarum.n. familiam habere Clytemnestram agamemnonis coniugẽ. Reliquũ uero si cum priamo affinitatẽ contraxerint. futuros se & asie rerũ dominos esseq; sibi impedimẽto neminẽ: quominus asie totiusq; europe ditionem teneant. Ad hec autem. Agamemnon contendere & rationibus superari: inquiebat enim tyndarus satis habere debere eũ: q͂ gener esset simulq; edocebat haud conducere fratrem eius Menelaum: paria adipisci. sic enim ad insidias promptiorẽ fore. Nam neq; Atreo Thyestẽ fuisse beniuolũ. Suasit autem: eo maxime: quoniã diceret haud id toleratum Iri ab aliis grecie procis: ubi preter spem sibi accidisse persperint: neq; a diomede: neq; ab antilocho: neq; ab achille: quin bellum inferrerent. q͂q; periclitabitur. eos qui essent grecorũ potentissimi hostis efficere. Quare melius esse ne belli: seditionisq;: inter grecos uberrimam materiem. principiumq; iniret: ille uero tam etsi perturbaretur non tamen erat in manu sibi: quo pacto Tyndarũ qui sue nate facultatem haberet: impedire queat: presertim cũ filios eius pertimesceret. Sic itaq; ubi Alexander helenam post eius parentes: fratresq; ex iusto persuasos accepisset: multa illam cum felicitate atque gaudio agens abiit. Priamus autem: Hector q;. ac reliqui omnes plurimum ex eo connubio uoluptatis suscepere. & Helenam quoque ipsam cum sacrificiis & supplicationibus: excepere. Consideraue ro inquit & contrarii quoq; sermonis stulticiã: si fieri tua sententia potuerint que dicuntur: Primum quidem ut mulieris nunq̃ uise amore q͂sq̃ teneatur? deinde

ut deserentem illam: & uirum: & patriam omnisque necessarios: suam in sententiam trahat. & ut paruulę iam ueluti puto filiolę mater peregrinum sequatur uirum. Ob hanc ergo absurditatem fabulam illam Veneris: quę longe hiis obstupescẽtior est confinxere: quod si Alexãder recordatus est: ex patris: matrisque: consensu rem gessisse (nam neque certe insensatus erat sed sapere uidebatur plurimum) qui cõsentaneũ est Hectorẽ postea qui & ipse rem ab initio assensisset: exprobratione: atque conuicio ob eam quam Homerus rapinam refert in eum uti. Dicit enim sic

Praue Paris. forma Melior. mollique puellas
Intrepidus bellare thoro. Veterator inique
O utinam nunq̃ genitus: seu morte peremptus
Ante nephanda fores connubia. nulla iuuabit.
Te dulcedo lyre. Veneris nec munera diuę.
Nec coma nec species. cum puluere lapse iacebis.

Quomodo ꝑterea: & Helenus uates: & Casandra sacerdos Phoebis Itemque & Anthenor: qui sapere uideretur nõ mediocriter minus futura prędixerunt: sed ad postremum: moleste ferebant: & in gesta re trepidi formidabant. At licuerat hiis nauigãtem impedire. Verum ut stultitię uehementiam: intelligas: & q̃ inter se mendacia repugnent aduerte. Inquiũt paucis ante ãnis Herculem parua irritatum ad iram causa: urbem populatũ: nam quos ei Laumedon dare pollicitus equos esset ementitus haud dedit: & ego uersus quibus hęc dixit memoria teneo.

Is dudum: huc ueniens: cum sex modo nauibus Heros:
Cumque uiris paucis: magni periturus Amatos
Laomedontis equos: disiecerat Ilion armis:
Et calles quoscũque ruens. deleuerat urbis:

Profecto inquit: neque hoc uere narrat: quo enim pacto urbs ita capta desertaque: tantum adeo in cumulum breui tempore excreuisset: ut inter asię urbes imprimis floreret: quomodo Hercules quę iam pridem insupabilis fuisset: sex munitis nauib⁹ in deditiõem accepisset. Achiui autem: cum nauibus mille ducentisque, uenientes in captiuitatem redigere minime potuerunt: siue quomodo Hercules qui Laumędontem perinde ac omnium sibi inimicissimum neci tradidisset. Priamum filium regno dominãtem sinere q̃ alium cõstituere maluisset. Sin ergo Hercules ueluti inquiũt urbem cępit. Quomodo ergo nunc tam ab/

surde narrant. Quonamq; pacto Troiani: Priamusq; qui scirent nul/lo antea tali delicto perpetrato postremum sese excidium p aliena ua/gantes passos: & cum multi urbis captionem crebra tenerent memo/ria: quo inq̃ pacto Grecorum inimicicias minus reformidarũt? Neq; ipsorum aliquis impedimento Alexandro fuit? Quo autem modo in Greciam profectus cum Helena: siue cõmertii cõtrahendi: siue loquẽdi facultatẽ hũerit: seu q fieri potuerit? ut eãdẽ nihil curę: neq; de parẽtib⁹: neq; de patria: neq; de uiro: neq; de filia: neq; de illa quę de se apd Grecos fama futura esset prę se ferentem: neq; superstites fratres me/tuentem: qui prius a Theseo ipsam abstulissent: quiq; neq; ablatã par/uipenderent suam in sñiam traheret: hoc autẽ quomodo pręsentem Menelaum latere potuit? quominus quę fierẽt internosceret: Absente autem uiro mulierem ad colloquiũ uenire: neq; id aliũ sensisse quẽq̃: aut qui senserunt clam tenuisse uerissimile certe nõ est? Accidit ad hęc q & Ethra Thesei mater q̃ captiua esset cum Helena soluisse phibet. Non enim satis id fuerat Thesei matrem in Spartha seruitutẽ degere: nisi ad Troiam secuta traderetur? Alexãder autem intrepide adeo: & tanta cum licentia rem perẽgit q non ei habunde fuerit: mulierem abducere: sed et pecunias superadidit. Neq; deferri: in eum quenq̃: neq; ex Menelai: neq; ex Tyndari satelitib⁹: neq; ipsos Helenę fratres p̃sertim cum nauium Lacona nõ esset uacua: mirabile id certe: & absurdũ est. Item et id magis ambigẽdum potuisse illos pedestres absq; tumul/tuatione: et turbis ex Spartha ad mare descẽdere. Nã rapina mox clamoribus in multos declarata. Nullo quidem modo fieri potuit: ita: ut cũ Alexãdro Helena pgeret: minime ãt p̃ter rõem fuit cũ ea cõnubio a suis data esset: & Ethram profectam: & pecunias secum delatas esse. Horum enim rapinę nihil: sed coniugii signũ est. Cum itaq; post illud (ueluti dixi) connubium: Alexãder cum Helena remigãs abiisset: Menelaus quidẽ. Propterea q secus ea de re sibi ac speraret: accidisset & egre ferebat: fratremq; accusabat se ab eo proditũ inquiẽs: Agamemnon autem illius quidem uerba minimi facere: sed pertimescere Ale/xandrum plurimum: suspicari namq; ne rerum: illum aliquãdo quę sibi ob Clytimestre cõiugiũ spectare arbitrabat᷑: contrarium haberet propugnatorem. Proinde & alios Helenę procos conuocare: & eos omnis contumelia astectos: & gręciam contemptui habitam dicere: pulcherrimam nanq;: & optimam mulierem: (quasi nihil apud eos di/

gni relictum esset) ad barbaros datũ iri. Hęc autem dicens Tyndarũ excusare: & illi ignoscendum dicere: eum namq; muneribus deceptũ oberrasse. Sed Alexandrum: & Priamum: horum omnium malorũ auctores ostendebat. Sic igitur eos omnes in Troiam expeditiões du/cere exhortatus: non nullas illius capiundę: ubi cuncti auxilio forent: sibi spes esse dictabat. Hoc autem pacto per multas eos opes direptu ros: ac solo dominaturos q̃ optimo: esse nanq; tũ urbem quidem cę terarum omnium imprimis locupletissimam: tum uero homines deli ciarum illecebris deperditos: habere se pręterea cognatos in Asia: ex Pelope plurimos: qui summo in Priamum irritati odio: sibi auxilio fu turi sint. Quibus auditis: alii ad iram agitari: & eam rem ad gręcię ce/dere contumeliam: sane arbitrari: Alii autem: eam expeditionem utili tatis sibi nõ parum allaturam sperare: increbruerat enim apud omnis opinio: res Asie per magnas esse: & mirandum quendam immodum opulentas: & siquidem superati ab Menelao essent: qui & ipsę Helenã procaretur: minimã rem duxissent: quinimo essent omnes ei congratu lati: sed Alexandrum omnes habebant odio: quoniam quisq; sibi in terceptum cõnubium putaret: expeditõe igitur cõstituta: Agamemnõ Helenam per legatos repetit: par fuisse inquiẽs: ea quę gręca esset gr ę/corum alicui: & non Troiano nuberet: His autem auditis: cum Troia ni omnes: tum Priamus: & Hector imprimis turbati sũt: q̄ adeo impu denter gręci: cum Helenam Alexander legittime ab patre accepisset & ea nubere illi uoluisset: facere uerba ausint: Quare cum non esse ne scios belli cauillationem ab illis queri respondissent: se nunq̃ tamen: q̃ fortiores forent initium belli facturos: sed ultionem de inchoantibus suscepturos subdidere. Qua pp cum bello Troiani premerentur: ac multa eos pati aduersa contigisset: sed nõ quotquot Homerus refert: tamen & eorum solo deuastato: & hominum cęde ppetrata plurima: diu ac multum distulere. (Sciebãt enim ad iniurias Achiuos ferri: & Alexãdrum preter ius: atq; rationem ęgisse nihil) q̄ si secus fuisset: q̃s Troianorum: aut frater: aut pater: aut ex aliis pereuntibus quisq̃ ciui/bus tanta cum tolerantia belli mollem pertulisset. Nam cum ob illi⁹ iniquitatem urbs desolatum iri periclitaretur. licebat reddendo Hele nã, oẽs se saluos facere. Qui tamẽ (ut ii phibẽt) post Alexãdri lętũ cã

adhuc detinuere: & Deyphobo matrimonio cõiunxere: tãq̃ maximũ in urbe haberent bonũ: timerẽtq; se se ab illa relictũ iri: Enim uero si Alexandri amore prius subacta mãsit: quo pacto rursus manere uoluit: nisi & Deyphebi amore perculsam dixerint? Cõsentaneum enim fuerat: Helenam suasisse Troianis: (qui & ipsi pati essent): ut eam redderent: q̃ si metui achiuos ei fuisse dixerit: at Belli solutiones antea inueniri decuit: Greci nanq;. cum nonnulli iam & fortissimi uiri: interissent: libenter se bello liberassent: nam neq; quod de rapina dicitur uerum fuit: neq; aliam belli causam Troiani prębuere. Quare facile se sperabant superiores euasuros? His enim in rebus: hoies: quibus sunt iniuria lacessiti: ad extremum usq; repugnando ulciscendoq; pferunt: Hęc itaq; nõ secus atq; a me narrãtur fuisse existimes uelim. Nã longe certe magis credendũ est: & Tyndarum sua sponte affinitatẽ cũ asię regibus contraxisse: & Menelaũ: qñ pter spem: sibi de eo cõnubio accidisset: grauiter rem tulisse. Et priamidas Agamẽnoni ne gręcię regno potirẽtur metui fuisse. Quippe qui suum progenitorem Pelopem ex eodem natum: ac migrantem solo audiret: ob Oenomai affinitatem Peloponesum dominio tenuisse: q̃q;: & alii exercituum duces ea odii uehementia lacessiti: quoniam minus quibusq; nupserit. huiusmodi belli partes cęperint: quam q̃ eam Alexander: quã ignoraret mulierẽ adamarit: & ob id negocii nauigãti sibi Priamus qui haud esset ignarus Troiam: ut ipsi tradũt) nuprime a gręcis captam: & patrem Laomędontem cęsum assensus sit. Ad postremum uero: q̃ & bello septi: atq; circunuenti: & tantum malorum passi Helenam restituere: neq; Alexandro uiuo: neq; quũ iã diẽ obiisset nulla iã illis salutis spe relicta noluerint. Ex altera uero parte: q̃ eo Helena amore in pegrinũ hominem: quo cum principio collocutam nequaq̃ conuenit: adeo exarserit: ut & patriam: & necessarios: ac uirum deniq; ipsum deserens: homines qbus odio esset: cum dedecore petierit: & q̃ iis peractis nemo exeunti sibi ac pedester ad mare usq; proficiscenti fuerit impedimẽto neq; sit nauigantem persecutus quisq;: & ut Thęsei mater quę iam etate confecta esset: & Helenam (ueluti perspicue cognosci potest) odio haberet: cũ ea classe deuecta sit. Ad postremum uero: ut Alexandro mortuo: (cuius eam amore detentam peribent) Deyphobo cõnubio iũcta fuerit: pollicita iam rursus: Venere: (ut existimo): quandoquidẽ neq; ipsa apud suum abire uirum: neq; Troiani restituere illam uellẽt:

quoad in captiuitatem urbs redigeret. Horum uerissimile prorsus ni/
hil neq; fieri certe potuit. Accedit ad rem q alios qdem Achiuos om/
nis quos minus res tãgere uidebat suas una cõtulisse uires Homer' re/
fert: sed Castorẽ: & Pollucem quos maxime: cõtumelia illa pmeret
solos ea in expeditione defuisse cõtrarietatem uero hãc nõ mediocri
cũ uersutia Homerus celans Helenam primo admirãtem finxit. Deiñ
respõdit inquiens antea illos ex hac migrasse uita. At iis certe uiuis p/
spicuum est illius quã dicũt rapinam ppetratam: postea uero & annos
decem indulgẽtem rei Agamemnonem & exercitus cõgregãtem ex/
pectarunt: neq; statim ab inito quid de sorore actum esset & eo maxie
si nauigaret noscere potuissent: nõne & propriis freti uirib': cepissent
bellũ. Nonne & cõtra Theseum qui tum grecus tum omnium & erat:
& habebat fortissimus: quiq; p multis preerat: & Herculi Pirithooq;
amicicia iunctus esset ẽt Thesalis Boetiisq; sociis uteret in penas con/
tinuo processere? In Alexandrum uero reformidassent proficisci &
Atridas q decennium uires cõgregarent operiri maluissent? fortassis
aũt consentaneũ fuerat: Tyndarum quoq; ipm proficisci: neq; etatem
esse impedimẽto sibi: non. n. erat Nestore: neq; phoenice senior: neq;
illos magis iniq; rem ferre q patrem sese decuit. Verum: neq; ipse: neq;
filii in bellum perrexere: neq; expeditionem quidem fieri uolebãt: Sua
nanq; sponte Helenam tradidere: quippe qui ex procis omnibus Ale/
xandrum tã ob impii magnitudinem q ob illius fortitudinẽ plane de
legissent: nam animi praestantia: atq; splendore: caedebat: Alexãder
nemini: Quo factum est: ut neq; illi bellaturi: neq; Lacedemoniorum
quisq profectus sit q Lacedemoniis ãt preesset Menelaus: & sparthes
imperio uiuo adhuc Tyndaro potiretur: id mẽdacii certe plurimum
pre se fert. Durũm. n. & graue fuerat Tyndarũ Menelao regnum ob
ingrauescentem caessisse aetatem: qñquidem Nestor ipse: neq; prius
neq; postremo ex Ilio rediẽs filios regno impare haud ptulerit. Vidẽ
tur. n. & haec quoq; dubietatis nõ nihil ac mendacii sape. Cum Tro/
ianam igit Achiui terram: attigissent: mox solo primum prohibẽtur
Prothesilausq; qui terram capere primum perrexisset: & alii nõnulli
obtruncãtur: quare p inducias receptis cadaueribus in Cherronesum
nauigauere: quo etiam loci Prothesilaus sepelitur: deinde circũquaq;
nauigantes: & Troianorum ascendentes solum oppida quedam popu
lati sunt: Alexander autem Hectorq;: plebemq;: quidem & uulgus oẽ
in urbem ex solo redigere: paruas autem urbes: que secus mare sitae
essent: (propterea q auxilium ubiq; ferri non facile posset). o misere.

Greci aũt rurſus in Achiuorũ nauigãtes portum cum noctu clam ter-
ram aſcendiſſent: claſſem ſtatione muniere: & uallum ob Hectoris:
Troianorumq; formidinem perfodere: ac tanq̃ obſidẽdi magis q̃ ob
ſeſſuri parabantur: hi uero alia quidem oĩa cum Homero aſſentiunt
murum aũt factum abeo dici negant: cum ille tamẽ finxerit ab Appol
line demum Neptunnoq; immiſſis amnibus eum perditum: & (quod
omnium mendaciſſimum eſt) euerſum funditus: nam & nunc quoq;
amnes illi locum ſuperant: mariſq; nonnihil iam uſurparunt: Reliquũ
uero tempus partim quidem affecerũt: partim autem malo affecti ſũt
Vrbem.n.Greci adoriri eorũ qui intus eſſent multitudinem: uireſq;
formidantes nequaquã auſi ſunt: & inſtructa quidem acie dimicantũ
raro: miſſibus uero Grecorumq; latrocinis plerunq;. Quo Troilus
modo adhuc puer Mneſteuſq;: & alii nõnulli occidũtur. Erat.n. Achil
les ad inſidias: nocturnoſq; inſultus callidiſſimus fortiſſimuſq;: unde
& Aeneam hoc uno adortus nõ parum abfuit: quin morti in Ida de-
deret: itidem & alios: hinc inde per oram Troianã multos: & ea quoq;
que cum minus recte ſeruarentur oppida cepit. Nam terre Achiui
niſi quantum caſtra occupaſſent potiebantur nihil. Huiuſce autem rei
ea eſt coniectura: q nunq̃ certe Troilus extra menia longe preſertim
ab urbe exercitationis gratia decertaſſet: neq; Cherroniſſum ueluti fa
tentur omnes: Greci coluiſſent. Neq; ex Lemno uinum eis deueheret
ſiquidem Troadis potirentur: ubi uero Achiui grauiter in eo bello af-
ficerentur: forentq; eorum que ſperaſſent adepti nihil: & ſociis Troia
nos in dies magis magiſq; affluere intuerentur: ſeautem peſte ac fame
premi. Seditio inter exercitus duces (id quod non ſecundis ſolet reb9
ſed aduerſa utentibus fortuna accidere) exorta eſt. Hec aũt: & Home
rus ipſe (neq;.n. ueritatem omnem obducere potuit) in illis fatet uer-
ſibus: quibus Grecorum concionem: qui belli mollem iniq; ferẽt: atq;
abire uellent. ſ. pro exercitu reuehendo congregatã meminit: quo lo-
ci facile declarat: & uulgus ad nauis decurriſſe: & uis tãdem a Neſtore
Vlyſſeq;: qui: uaticinium aliquod pretenderent ac parum temporis re
lictum dicerent: quod eos tolerari ab eo precarentur detentum illud
eſſe. Vatem autem hunc ſupioribus in uerſibus Agamemnon inquit:
nihil unq̃ ueri uaticinari ſolitum. In his igitur: que in hunc uſq; locum
deinceps Homerus cecinit non omnino paruipendere uidentur homi
nes: ſed ueritate quodammodo teneri: niſi q minus ipſe que ad Hele-
ne rapinam pertinent narrat: ſed Hectorem Alexandro ex probrantẽ

& Helenam apud Priamũ defletem: & Alexãdrum ipsum Helenę se/
cum cõmemorantem concubitum finxit. Id autem dilucidissime unũ
omnium oportuit diligẽtissimeq; narrari: ideq; circa duellum obser/
uauit. Nam cum Alexandrum dicere nequiret ab Menelao neci tradi
tum inane ipsi munus: ridiculosamq; uictoriam in ensis cõfractiõe elar
gitur. Non. n. licebat uirum adeo fortiorem Menelaum ita Alexãdro
uti quo uiuum: & armatum illum ad Achiuos traheret: sed galeę co/
rigia strangulare decuit: confictum aũt illud quoq;: & mẽdax: Aiacis:
cum Hectore duellum: rursumq; illius dimicãdi solutio Aiace iam ui/
ctore: & mutuis se muneribus utrinq; donãtibus ut amicis: & stulta est
& apud me uana: nulla. n. in re cõclusio: nulla męta. Post hęc aũt uera
iam utens narratiõe Achiuos uictos fusos fugatosq; describit: & He/
ctoris pclara facinora: cęsorũq; multitudinẽ: uel uti ab initio: uel inui
tus quodammodo: sed in Achillis honorem omnia retorquens: se di/
cturum pollicitus memorat. Quinetiã & urbem diis amatam inquiẽs
Iouem manifeste dicentem finxit: Ilyon unam oium quę sub sole sunt
urbium caram sibi ac incũdam esse. Itemq;: & Priamum atq; illius po
pulum pari dilectione ab se complecti: deinde repente adeo mutatus
sententia: ut quã imprimis omnium amaret misere adeo euersum ob
unius erratũ uiri (siquidem ille errauerit) eam iri uoluerit. Verũtamẽ
egregia Hectoris facinora uincentis: & ad naues usq; in sequẽtis Achi/
uos clam efficere haud potuit qn trepidis oib⁹ atq; pterritis eum Mar
ti interdum cõparat interdum flamę similem dicit: quem solum susti/
nente nemine tũ Apolinem ei asistentem inseruientẽq;: tũ Iouem uẽto
ac tonitru desup crepitãtẽ refert. Hęc. n. tã & si tã dilucide narrare nol
let tũ quoniã uera forẽt: & ea iam esset aggress⁹: deficere neqt quomi
nus referat: & durissimã noctẽ illã & quãtus esset in castris męror: atq;
formido: & trepidatiõem Agamemnonis: flet⁹q;: & nocturnã pręte/
rea cõsultãtiũ de arripienda fuga cõciõem: & qbus Achilles fuerit tan
dẽ rogat⁹ pręcibus: si quid afflictis ille reb⁹ auxilii afferre posset. In po
sterũ uero diẽ: stultũ: & inane quędã Agamemnoni militię facin⁹ elar
git̃. Idem & de Diomede Vlisseq; & Eurypilo facit: Aiacem uero prõ
pte bellantem dicit. Statim aũt Troianos uictoria potitos: & Hecto/
rem ad murũ: & naues usq; fusos: fugatosq; Achiuos in sequẽtẽ. Hęc
aũt uere ab eo narrari: & q̃ ex iis sequunt̃ facillime colligi: atq; cõcludĩ
manifestũ est: In Achiuorũ ãt augẽda gloria dubietate refert⁹ ẽ nõ me
diocri: & patet oib⁹ se mẽtiri Bis autem ait Hectorem ab Aiace supe
ratum in duello semel. Rursus autem & in lapide. Id omni certe ueri/

tate caret. Aeneã uero a Diomede: superatum inquit. Cum gesserit: aliud Diomedes nihil: nisi ꝙ equos clãculum auertẽs ceperit. Cum uero: quid aliud ipsis elargiretur haberet nihil? Martem inquit & Venerem: ab Diomede uulneratos. Quibus quidem in rebus oĩbus liqdo patet Homeꝝ beniuolẽtia illos prosequi: & in id elaborare: ac niti maxime quo eos laudet: & admiratione oñdat dignos. Sed quoniã quid ueri diceret nõ habebat. Ambigu⁹: ancepsq; in res incidit: ĩpossibiles: atq; in pias: id aũt illi ut plurimum patiuntur qui ueritati pugnãt. Sed cum ad Hectoris res ueras illas (ut existimo) enarrandas defertur nõ similis eũ dubietas solet capere: ut quid magnũ mirabileq; cõmemoret: ignoret: sed fusos oĩs: ac fugatos refert: noĩatim fortissimos: enarrando: (inquit enim): neq; idoneũ: neq; Agamemnoné: neq; Aiaces duos: sed Nestoré: dũtaxat substitisse: parumq; defuisse: quin & ipse captiuus fieret: Diomede aũt succurrisse q cũ & ipe audatius paꝝ qd esset ausus: mox in fugã quasi a fulminibus cõpescat' uersus est. Tãdé uero uallũ supari: nauiũ stationé obsideri: ab Hectore ualuas dirui: & Achiuos apud ipas iam nauis capi: & ubiq; inter tentoria pugnã agi & Aiacem: qui de sup nauibus bellaret ab Hectore demũ expulsum cedere & aliquas nauiũ ĩcédi. Hoc. n. loci: neq; Aeneas a Venere raptus est: neq; Mars a uiro uulnerat⁹: neq; aliud tale mẽdosum qcq̃: sed res uere: & que ita fuisse plane appareant. Victos aũt grecos rursus ire in prelium fieri certe nullo mõ potuit: nec audere illos unq̃: qui eo deducti cõpulsiq; fuissent: ut neq; uallo: neq; castello iuuari quicq̃: neq; nauis tueri potuissent: cuius. n. iterum talis tantaq; uis: quis ita inuictus uir: diuinoq; ualens robore: qui deletos iam efficere: superueniens saluos quiuerit? Mirmidonum etenim multitudo quantulũ quid si cunctum consideres exercitum fuerat: siue Achilles ipse minime nũc primum bellaturus: sed qui psaepe iam superiori tpe ad manus isset: neq; tamen Hectorem enecasset: neq; aliud quicq̃ gessisset magnum: neq; Troilum adhuc aetate puerum e uita sustulisset? cum ad hoc igitur loci Homerus deuenisset: nulla amplius sibi ueritatis cura relicta est: sed rebus in contrarinm uersis: et commitatis omnibus in omnem impudentiã ruit: spretis. n. hominibus quos cum alia multa tũ etiam de dĩs immortalibus quae finxisset facillime intueret' admittere: poetis aũt aliis: gestarum ue rerum scriptoribus apud quos ueritas haberetur existentibus nu lis: sed ipse primo de reb⁹ hisce scriptitare multa post secula aggressus: & iis qui ea scirent: & qui ex illis etiã essent geniti: una cum obscura et infirma fama ueluti de uetustate accidere plane solet

deletis omnibus:& quia apud indoctum uulgus uersuum suorum ab se narratio habenda esset. ubi propterea quod rebus graecorum uehemen tissime fauisset nequaquam se reprobari manifestari ue ab legentibus ue reret: eo facile ausus est ueritatem in mendacium cōmutare. nam cum in nauium captione Achilles: ut proprie consuleret saluti subsidiū coactus attulisset. Repenté quodammodo Troiani relictis nauibus dede runt terga: & ignis extinctus est: quemadmodum & alii Achille exci/dente fugere extemplo omnes: & Hector cum extra uallum & castro/rum difficultates arturasque subducere: fere autem & quod ab Home/ro dicitur concedendum: incumbentibus una reliquis: etiam pugnato ribus Achillem rursus Mirmidonibus sociatum pulcherrime decer/tasse: ac nonnullos ab eo tum Troianos: tum socios: & Sarpedonem quoque ipsum qui Litiorum rex Iouis filius diceretur: obtruncari: & in traiiciundo flumine stragē nō mediocrem factam. Nequaquam eos ta/men fusos clare atque pallantes fugere sed per multas in hostis reuersio nes usque facere. Interea uero loci Hectoré q ad capiūdū ineūdi plii tps exptissimus foret obseruare prouidereque dūtaxat. Isque: quo ad Achil/les turbine ac furore quodam recés dimicaret: ei haud quicquam cōcurrere: sed alios solū exhortari. Cū defessum uero Achillé iā & multū prioris amisisse ipetus: utpote qui neque sibi incertamine pepcisset facile senti ret. Et a fluuio maiore influente quem in expto traiecisset: de fatigatū ab Asteropeoque poene uulneratū intueret cūque & Aeneā obstanté illi: ac fortissime multūque pliatū: & ubi tandé uoluisset tuto abiisse. Et An tenoré impetu ex improuiso facto insequi eū cóspicaretur: (Tametsi hac una in re maxime Achilles excelleret: quod celerrimus esse uidebat): has oīs ob res Hector: qui bellādi arté egregie teneret: māifestissime é uidere uisus eū p quā facile capi posse. Quare sūmā cū fiducia mediū in campū ob uiā illi factus: primū illius expiundi ac defatigandi gratia quasi fugiés declinabat. Interdū quidé expectando: & sensim interdū defugiende. Vbi tardū uero neque sequi posse pspexisset: sic e uestigio in Achillem qui neque arma ferre: iā amplius posset: rediit cępit obtrūca/uit. Et armorum id quod & ipe Homerus ait potitus é. Equos aūt psequu tum inquit Homerus Hectorem: sed minime illos capi potuisse: cū tū captos pspicuū sit. Achillis āt cadauer: uix ad naues ab Aiacibus receptū Troiani nāque ea ducti fiducia: quod uicisse iā putarét: insequebant mo:hi. Sed Hector Achillis armis quę insignia erāt indutus: & enecabat fugié tes: & ad naues usque sequebatur. Id uero & Homerus ipse confitet qui dem. Nox aūt superueniens quo minus classis oīs igni ab Hectore tra

deretur. Abstulit: ita uero peractis rebus ignarus: quasi ueritatem Homerus clam efficeret Patroclum eum fuisse dicit: qui Achilis arma capiens cum Mirmidonibus in bellum perrexisset: & hunc demum ab Hectore inteerfectum: & ita potitum armorum Hectorem: Enimuero quo pacto Achilles cum tanto indiscrimine exercitũ pẽdere: nauisque iam ardere: & eam formidabilem grauissimamque in sese uenisse rem: quantam ante hac nunq̃ intueretur: & Hectorem inquientem audiret dignum qui secum in pugnam iret esse neminem: ac sibi Iouem q dextera iam signa ostenderet auxilio esse: quo inquam pacto si fieri Achiuos uolebat saluos: ipse qui fortissimus esset propugnator: in tentorio manens. Patroclum quem longe se debiliorem sciret mittebat in praelium? & ut fortiter irrueret: atque nauib[9] auxilium ferret: neque Troianis tamen neque itidem Hectori praeliaturus occureret demandabat? sed neque in illo erat mea sententia ubi semel in prelium isset pro arbitrio dimicare: cum sic igitur Patroclum minimi penderet eique diffideret: suas ne illi uires: & arma equosque concessisset? quasi is qui pessime in suos consuleret: uolens omnia pditum iri? Deinde ut Patroclus suus quem adeo insensate ad uirum eo fortiorem melioremque misisset: cui fortissimos quisque in prelium inuitanti sub audire uoluisset nemo: cũ armis omnibus sociisque redeat Iouem maximum optimum deprecat. Agamemnon autem palam inquit: & Achillem metu percitum: & cõgredi Hectori pugnaturum nolle. Huius igit[ur] rei gratia: ille ipse qui id consilii dederat: & socios se Patroclo: & ceteris multis rebus orbatũ inquit: paulo autem post: & equis & armis subdidit. sed hec nunquã Achilles certe: neque perterritus: & inops animi fecisset: Quod si minus sua sponte hoc egisset: saltẽ phoenix prohibuisset. At nolebat inquit subito Achiuos nisi receptis muneribus: periculo liberari. Simulque nõdum ira acquieuerat: & quid erat impedimẽto quo rursus cum ad q̃d noluerat progressus esset ira estuaret: Homerus autem huiusmodi absurditatis conscius: quasi per enigma memorat eum quadam ductũ prohibitione manere: ut pote si in prelium progrederetur omnino moriturum: & sic ipsum liquido timiditatis accusat. Licebat. n. Achilli ob prohibitiõem hanc cum inter se atque Agamemnonem discodiae exorte essent a Troia remigrare. Accedit ad rem q[uod] & de Patroclo ex matre audierat: quem dicit non minoris facere atque suũ caput neque se uita eo mortuo fruiturum. Cum aũt eum uideret lanceam sustinere.

nequeuntem: dabat & alia: quę lanceę scilicet ponderi respondebant Neq; timebat ne illa ferre non posset: queadmodum & ipse ait impugnando contingere. Veꝝ siquis omnia redarguat: ac reprobet: ꝑ difficilem certe prouinciam nanciscat. Mendacium.n.ex sese aduertentibus patet. Quare: & Patroclū ipsum fere confictum eē: & hunc ab Homero: pro Achille quo eius necem clam faceret mutatum esse: nemini profecto: q uel mediocriter prudens sit obscuꝝ est. Considerans autē Homer⁹ ne quis & Patrocli sepulcrū quereret: queadmōm: ut opinor & alioꝝ illustriū uiroꝝ: q ad Troiā pugnando obiere manifesta sepulcra sunt: prēueniēs inquit: non priuatū Patroclū: ac solū esse: sed cum Achille in sepulchro positū. Et Nestor quidē indignū ducit: eū quē pp Antilochus filius periisset cum Antilocho sepeliri: filii domū reuectis ossibus: sed Achillis ossa cum Patrocli cōmixta esse: nam in id rei maximopere Homerus studebat: ut Achillis: apud Ilion interitum perditum: ac deletum iret. Quod cū ob supstitem: uigentemq; famā: apparensq; sepulchrū fieri nullo mō posse iutueretur. Tunc eū ab Hectore interemptū eripiens: illum contra qui usq; adeo cūctis mortalibus pręstaret: excelleret: ante iret: ab Achille e uita sublatum refert. Quinetiā & cadauer eius uerberibus ꝑ contumeliā cęsum: ad urbis usq; moenia tractum esse. Rursus aūt cū & Hectoris extare sepulchrū sciret & ipm a ciuibus honorari: dicit Iussu Iouis post datū illius redimendi preciū: cadauer ab Achille redditum. De quo quidē cadauere duraturo Venerem: tandem & apollinē: curauisse. Quid aūt aliud de Achillis interitu fingeret nesciens: quoniā necesse foret: esse ab aliquo ex Troianis enecatum: (Non.n.& hunc queadmodū & Aiacē ab sese iteremptū fingere debuisset). Interfectoris glorię inuidens ab Alexandro ipsum interfectū refert. Alexandrū uero: hūc Troianoꝝ oīum uiciosissimū: ignauissimūq;: & timidissimū: finxit: quē paꝝ absuerit quin Menelaus uiuū capet. Quēq; ita ꝑ cōtumeliā semp uocat bellatorē effeminatū & exprobatissimū: inter gręcos: & quo Hectoris gloriā auferat: uidet & ipm Achillē carpe. Cū lōge ignauiorē eius necē obscuriorēq; finierit. Ad postremū uero Achillē: iā mortuū in mediū agit: & dimicantē finxit: deficientibus uero armis: quorum per id temporis Hector potiretur: latuit eum unūquid uere: dictum. Etenim arma a Vulcano laborata ex cęlo Thetydem ait detulisse: & ita iā ridiculose ab uno solo Troianos oīs ī fugā uersos. Alioꝝ autem achiuoꝝ: tanq̄ coꝝ adesset

nemo omnium est oblitus. Nam cum hanc rem semel ausus sit menti/ri confudit oia. Quo loci & deos inter se ipsos preliantes fingit: utpote qui prope fateat nullam sibi esse ueritatis curam. Ipsum aut militie faci ius: infirme admodum ridiculosq; percurrens: nunc amni dimicatem: Nunc Apollini minitantem & insectantem Achillem narrat. Ex quibus ei9 dubietatem intueri prope modum licet. In rerum. n. uerarum narratione haud qq ita est neq; absurdus: neq; ioiucundus. Vix tandé Hectorem Troianis in urbem fugientibus pro moenibus fortissime sustinere illum neq; deprecanti patri: neq; matri: obtemperantem fin/git: deinde uero urbem quã fugiens circumiret: ingredi certe licebat. Achillem aut quem omnium celerrimum fabuletur semp capere illũ minime posse: & grecos omnis: qui talis actãtas acerbitates ab Hectore perpesi forent: & eum adeo haberent odio ut uulneribus mortuum confoderent: tanq spectaculum aliquod intueri memorat. Achilli ue/ro auxilium ferre neminem: deinde egrediẽtem e moenibus Deyphobum: uel Mineruam potius Deyphebo assimilatam ob errantem uisu Hectorem fecisse: eumq; fascinasse: et prelianti lanceam furtim surri/puisse dicit: & sic circa mendatium laborans: perturbásq;: ac fluctuás quo Hectorem enecet modum inuenire neqt: & profecto quasi som/nians pugnam narrat: quinimo: que de illa narrat pugna uisionibus: absurdis cõgruũt: Ad hoc aũt loci cum uenisset: que deinceps erant quomodo narraret: poesiq; uteretur: nesciens: quasi lassus defessusq; omisit: Mendatiorum aũt difficultate circumuentus: funerale certamé quoddam ridiculose addidit. Itemq; & in castra apud Achillem Achiuis clam oibus aduentum Priami ab quo redimédi Hectoris precium delatũ sit: neq; Memnonis: neq; Amazonũ subsidium mirabiles adeo: magnasq; res: neq; Achillis mortem: neq; Troie captionem narrare ausus é. ná neq; ptulit mea sententia Achillem: qui iampridem hac lu/ce orbat9 cét rursus e uita sublatũ: neq; q iá uicti fugá arripuisset uictores: neq; hanc q uictoria potita urbs esset in pdá cõuersá fingere: sed q post Homerũ poete secuti postea sunt tanq; decepti: ac: iá inualescéte médatio audétes scriptitarũt. Sed res ita ueluti a nobis dicit habuere. Achille in subsidio nauium ab Hectore ceso Troiani qdem ueluti & antea nõ lõge a nauib9 Achiuos obseruaturi pnoctátes castra metati sunt. Eos náq; fugá noctu arrepturos suspicabátur. Hector auté gau/dés rebus gaestis in urbem apud parentes: sese uxoré q; recepit: & relicto in exercitu Paride: tam ipse q reliqua Troianorum multitudo: quieti deditur: ueluti in rebus ex omni parte secundis: ac prosperis

defatigatos facere:& mali nihil opperientes par est:p id uero tempo/
ris Agamemnon:cum Nestore:& Vlysse:atq; Diomede: interse ha/
bito in agendis consilio:intuentes parum absuisse : quin pridie ita na/
ues perditum irent:ut fugę locus relinqueretur amplius nullus:& earũ
pars haud minima esset igni tradita:freti silentio:taciturnitateq;:non
nullas ĩ mare deduxerũt. Sed una prothesilai nauis trahi neq̃q̃ potuit.
His aũt peractis:cum per multam prędam : tum & earum quę nacti
fuerant rerum nonnihil deserẽtes: Rursum in Cheronessum nauigãt.
Quamprimum aũt illuxisset declarata re : tulit pmoleste id Hector &
grauiter:& ĩ Alexãdrũ:q hostis e mãibus aufugere passus sit: plurimo
cõuicio usus ẽ. Troiani ãt tẽtoriis ĩcẽsis quę gręci deseruerãt:diripiũt
oĩa gręcis uero tuto in loco de re cõsultantib⁹(classis.n. ĩ tpe Troianis
qua in eos transmiterent aderat nulla) Abitio cunctis placuit intuenti
bus:tum multitudinem multam:tum claros : & fortis uiros pisse. Sed
cum periculi non parum uideretur incumbere ne Troiani constructis
repente nauibus in gręciam nauigent:manere cogebantur : in latroci
nia sicuti ab inicio consueuerant uersi:si quo fortase modo id efficiãt
ut defatigato Paride composita eos pace abire liceat: cũ hec itaq; sta/
tuissent:& ultra manẽtes facere pergerent ea tempestate:ex Ethiopęa
Memnon:& ex ponto Amazones:& alia quoq; sociorum multitudo
ubi secũdis Priamum:& Hectorem rebus:& Achiuos nõdum omnis
deletos didicissent:partim beniuolentia quidem:partim uero potẽtię
metu ducti in Troianorum auxilium uenere: Non.n.uictis neq; ĩ cala
mitate positis:sed uincentibus:atq; fortunatis: imprimis oẽs auxilium
ferre nolunt:(Aduocauerunt autem:et Achiui ex gręcia quicq̃d subsi
dii potuerę):exterorum.n.nemo iis auxilii amplius quicq̃ pręstitit:sed
Neoptolomum Achillis filiũ:admodum iuuenem:& Philoctetem de
spectui prius habitum ob aduersam ualitudinem:& huiuscemodi alia
infirma subsidia:debiliaq; domo recępere. Horum autem aduentu
aliquanti sper gręci respirãtes:rursum in Troiam ad nauigarũt. Et mu
rum alterum longe minorem:non ubi prius secus littus:sed ipsius sum
mitatem loci apprehendentes circũdedere. Naues autẽ alię sub muro
instationem locatę sunt:alię uero trans helespõtum stetere. Tanq̃.n.
nulla illis uictorię potiundę relicta foret spes:sed ueluti dixeram:con
uentiones:& fędera deprecãtes:non firmitate quadam sed ambigue
quodãmodo & ad remigãdum potius intẽti debellabant insidiis : dis

scursionibusq utentes. Inualescente autem aliquãdo prelio: cum egre di Achiui castra cogerētur: & Aiax: ab Hectore: & Antilochus ãte pa trem a Memnone obtruncatur: Ipse aūt Memnon: Ab antilocho uul/ neratur: & ita sautius in uia delatus moritur. Contigit aūt Achiuis: per id tempus lętis uti rebus: quantis antea nunq: nam & Memnon ma/ gnę dignitatis: et amplitudinis uir lętaliter uulneratur: & Amazon: in nauis effrenatius irruens: & incendere illas tentans: a Neoptolomo ex naui pręliãte lancea nauali occidit: & Alexander a Philoctete sagitta transfixus moritur. Erat igit: & apud Troianos secordia: & improm ptitudo quędã ac si nullus esset his belli futurus finis: neq; ampli⁹ sibi quicq ubi uicissent foret. Et Priamus quoq; alius qdã post Alexãdri obitum factus est: plurimo męrore agitat⁹: & pro Hectore filio refor midans: At ex altera parte longe, gręci deterius ignauiusq; Antilocho & Aiace mortuis habebãt. Quare ad ineunda fędera legatis missis: in quiũt: se paratos q in gręciã remigent: ubi pcussis fęderib⁹ eiuscemõi pax fiat: ut neq; posthac in Asiam armis illi: neq; aduersus Argos itum Troiani pgãt. Quuib⁹ expositis & Hectore aduersante: quoniã lon/ ge supiores Troiãos diceret: qq; & murũ: ac munimen illud ad inter nitionem usq; in deditionem rediget: & Alexãdri obitũ eo molestissi/ me ferente: ac patre pręterea tũ multis pcibns cõtẽdẽte tũ de senectute sua deq; filio interitu uerba faciẽte. & reliqua quoq; multitudine bel lo liberari iã uolente: Hector quidem belli solutiones assentiri: dignũ aũt putare: ut & pecunias quas in eo bello Troiani expẽdissent Achiui psoluerent: atq; aliquam pęnã dederẽt: ut pote qui nulla prouocati in iuria: & bellum intulissent: & solum per multos ãnos uirosq; fortissi/ mos: & ipsum denique Alexãdrũ ab quo malli passi fuissent nihil pdi/ dissent. Nam quoniam inter procos plurimũ foret Alexander presta re existimat⁹: eo uxorẽ ex gręcia cępisse ab illis datam sub quo esset potestate posita. Vlysses autem (hic. n. ad cõponẽdã pacẽ legatus uene rat) rogare pcariq;: & nõ minora Troianos fecisse q passos ostẽdere & in eos belli causam reiicere. cum tot. n. tantisq; mulieribus Asia referta esset: haud ullã eius rei caritudinẽ: idigentiãue Alexãdro fuisse Sed hũc ubi procatũ in gręciã uenisset: & diuitiis supasset: derisis gre co pricipib⁹ abiisse: neq; cõnubiũ ei solũ cõtigisse: sed & gręcię reb⁹ facultatẽ insidiãdi datã: proinde ipsos hoc nõ latere: cęterũ cũ tot: ac tãta utrinq; mala: ingruissent iã bello cessare pcabantur: psertim cum affinitas & necessitudo quędã Atridis: ex Pelope cũ Troiãis eẽt: De

reddēdis āt pecuniis subridere: pecunias grecis esse nullas inq̄ens. q̄n multos ob domesticā paupiem ultro i exercitū ire: Hec āt aiebat: quo eos auerteret ab exercitu in greciā trāsmittēdo. Si quā uero punitōem honesti ac decori gratia fieri oporteret eā apd̄ eos inuētū iri cū oblati/ onē pulcherrimā atq; maxiam Mineruę relicturi sint: inscripturi. HIla sterion. i. sacrū ACHiui. MINerue ILIadi. Nā & magnū hoc illis: ho/ norem ferre: & in Achiuos ut uictos supatosq; testimoniū esse. Prete rea & Helenam quoq;: ut & pacis ipa ptes capet orare: que eo pròpti⁹ & diligēti⁹ in rem fauit: quouiā egre pateret q̄ Troiani: nō nihil ma/ lo℞ ei⁹ gratia pati uiderent: &. sic pcussis utrinq; federib⁹: belli solutio nes fiūt. Homerus aūt eque hoc atq; alia multa in mendatium transtu lit: tāq̄ nō ita res habuerit. Sed Troianos inquit federa cōfudisse: que scilicet Hector inuicem Agamemnonq; ac reliqui proceres iurauere: ¶ Ne greci unq̄ regnāte Priami genere in Asiā: neq; Priamidę i Pelo ponesum: aut Boetiā: aut Creten: aut Itachā: aut Phthiā: Euboeā ue expeditiōes agerēt: Has. n. prouīcias solū d̄clararūt. De aliis uero neq; iurare Troiani uoluere: neq; Atridis id cura fuit. His aūt iureiurando cōfirmatis & eq⁹ ē ab Achiuis absolut⁹ (pmagnū is certe & ingēs op⁹) & a Troianis ad urbē actus. Quē cū porte ob nimiā magnitudinē ca pere nequirēt: quādā parietis ptē deruere. Vū urbē ab equo i captiui/ tatē actā ridiculo dictū est. Et sic exercitus foederibus abiit. Helenam uero Hector Deiphebo q̄ post eū iter fratres excellere uideret: uxorē dedit. Priamus uero pater unus oium morit̄ fęlicissimus: tāta solū af fectus tristitia: quātā interēpti filii afferre potuissent. Hector aūt ipse multos impitans annos: ac magnā Asię ptem suo uindicans impio: ex trema in senectute morit̄: & pro urbe sepelit̄. Impium āt Scamandro puero reliq̄t. Hec āt q̄q̄ nō sec⁹ atq; a me narrat̄ habuerit clare scio a nemie. admissū iri: sed dicēt oēs (ū ii tū q̄ sapiūt dicēt) mēdosa & falsa eē. Neq; id grecos tātū: q̄n & uos o uiri Illiēses dicturos puto: calūnia nāq; ac lōgi tpis deceptio difficultatis profecto nō pa℞ hēt. Cōsidera te uero & inueterata priore illa opiōne semota uobiscū aio reuoluite q̄ cōtra fabulāt̄ q̄tū ridiculi p̄ se ferāt. Exercitū greco℞ oēm equo ab ditū phibēt. Troiano℞ āt neminē id sensisse neq; suspicatū q̄dē: cū tū eiuscemōi eēt apd̄ eos uates: que uera imprimis usq; loq̄ret̄: tradūtq; hostis a Troianis in urbē uectos: et q̄ supiori tpe oib⁹ minor impugnā do debiliorq; fuisset: eū uel inermem nudūq;: & unū uirum apparētē affatim potuisse tot millia hostiū sola uoce in fugā uertere: ac deinde

inermem illum arma celitus suscepisse: & pridie uictores: deuicisse: & unum ipsum fugasse omnis. Eundem aut hunc usq; adeo prestantissimum: ab eo interemptum ferut: quem ipsi dicant uitiosissimum oium ignauissimumq; fuisse: Pro Achille aut interempto Patroclum spoliari: cui soli ex cunctis ducibus monumetum desit. Aiacem uero qui tot bellasset annos: quiq; grauissimus inter socios: ac mittissimus esse uideretur: ab hostium nemine occisum: sed ab sese ira percitum iugulari Quod poeta aut ipse qui Troianum narrare bellum preposuit: que pulcherima: & maxima fuerat omiserit: neq; urbis captiuitatem enarrauerit: nonne: & id ridiculosum imprimis? Hec.n.in fictis ab Homero dictisq; sunt Achilles.n.supatis atea a Troianis Achiuis neq; id semel quidem neq; aliis solum: sed & suo eius exercitu supa o: solus ipse inuictus manens & tantu rebus momenti afferens (ut pote qui Hectorem obtruncasset) ab Alexandro occiditur: qui: ut ipsi tradunt oium ignauissimus & esset: & haberetur. Patroclo autem interepto: Achilles spoliatur: & arma illius capta: Patroclus autem insepultus. Aiacis uero quoniam supererat monumetum et omnes illum in Troia diem obiisse cognorat: quo interfectoris gloriam obscuram faceret: sui eu leti auctorem inquit. Achiuis autem ex asia silentio post exusta tentoria fugientibus: & nauium statione ab Hectore: incesa: ab quo: & murus interceptus fuerit. Et ab iisdem oblatioe Mineruę cosecrata: atq; ueluti a uictis solet inscriptione facta: nihilo tamen minuiset Troiam ab illis captam fabulantur: & hominum exercitum ligneo in equo abditum: & Troianos re suspicatos quidem: & equum aut igni tradere aut rescindere cosilio habuisse: horum uero neutrum fecisse: sed uino supatos: somnoq; fuisse. Et hiis hec omnia: Casandre uaticiniis: declarata maxime: nonne uisionibus: hec plane sunt.! & absurdis mendatiis q simillima (in sepulchro.n. aliquo depictis somniis eiusmodi uisus homines inspiciunt) Enimuero qui nuc occidi spoliariq; nisi sunt: rursus: ii resurgunt: & armis: nudi preliantur. Interdum uero qui fugare: atq; insequi: & uerba cum diis immortalibus habere uisi sunt: ii nulla graui re perciti sese iugulant: & sic si quando accidat: & uolent: & sup mare gradiantur. Qua pp Homeri poesin: rectissime quis somnium queat dicere: et absurdum: & obscurum: & illud quoq; in rebus cuctis comemoratione q dignum credat: omnes.n. una fatemur uoce Achiuos ex Asia remigaturos: hiberno iam tempore soluisse: & eam ob re

maximam classis partem ad euboeam periisse: neq3 eodem tempore nauigare omnis: sed in exercitum Atridasq3 sedittiōe exorta hos Agamemnoni: hos Menelao sese asciscere: alios uero priuatim abiisse: quorum & Homerus in Odyssea meminit: sed consentaneum certe ē secūdis utentes rebus concordis esse regiq3 pro uiribus parere: neq3 Menelaum: qui tantum benefitii ab agamemnone suscepisset: cōfestim adeo cum fratre disidere. Deuictis autem infortunatisq3 omnia hęc contingant necesse est. Pręterea ii solent ex hostili solo repente abire: qui metu compulsi fugiunt: uictores uero manendo periculum facere. Rerū autem potiti: ac tantum captiuorum omnium numerum sua in ditione habentium operiri tutissimum abeundi tempus solent: ut pote qui tum ipsius soli potiantur tum rebus omnibus maxime habundēt: neq3 cum decem expectassent annos ob temporis paululum perditum ire. Calamitates pręterea: quibus domi reuersi circunuenti sunt: nō min⁹ eorum erratum infirmitatemq3 declarant. Non. n. uictoria fortunaq3 potitis insidiari admodum homines solēt: sed hos certe: & admirant̄ et timent' Miseros autem tum alieni tum necessariorū nonnulli aspernantur contemnuntq3: quare: & Agamemnonem apparet ab uxore quoniā supatus foret despectui habitum: & ab Aegisto insidiis circūuentum ac supatum facile. Argiuos aūt ubi rem accępissēt Aegistum regem designasse: nam neq3 certe Agamemnonē: si tāta gloria tātisq3 fretus uiribus reuertisset Asię potitum enecasset. Diomedes uero: qui nullius impar in bello excelluisset domo expulsus est: & Neoptolonus quoq3 siue a Gręcis: siue ab aliis quibusdam eandem miseriam passus est. Non autem multo post omnes Peloponeso excidere: & gen⁹ Pelopidarum ob eam calamitatem periit. Heraclidę aūr: qui debiles antea & infirmi admodum obscuriq3 fuissent cum Doriensi bus emicuere. Vlysses uero de industria: & spōte cuntatus est: partim qdem pudore ducq3us: partim autem: quę futura essent suspicatus: quo factum est: ut Cephalonienfium iuuentus in procandam Penolopem uersa sit: neq3 ex aliis Vlyssis amicis quisq3 neq3 ipse qui in proximo adeo habitaret Nestor auxilii quicq̄ tulerit. Omner. n. dui expeditiōis illius participes fuerant: & humiles erant: & ignaue admodum rem gerebant sed sec⁹ certe omnibus ac timidos uideri uictores decuit: & in eos nullorum conatū fieri par fuisset. Menelaus uero nullo modo in Peloponessum uenit: sed in ęgipto comoratus degit cuius quidem accessus cum alia signa multa tum: & lex est ab eius uocata nomine: id uero fieri minus potuisset si errabundus: & ad parum temporis eo loci transmisisset.

Regis autem filiam uxorem accepit:& ſacerdotib⁹ quęcunq; ab exer
citu gęſta fuerant nihil abſcondens enarrauit. Eum autem quidam di/
cunt id quod omnium unum abſurdiſſimum eũ ex ęgypto Helenam
recępiſſe:demum uero latuit habens ex Troia idolum cũ bellum ido/
li gratia annos decem cõſtitutum perdurauerat. Ferme autem:& Ho
merus huius rei noticiã dat:Quippe q̄ ſub uelamẽto quodã Menelaũ
a diis immortalibus in elyſium campum poſt obitum miſſum dixerit
Vbi neq; bruma:neq; hyems fit:ſed uſq; ſerenitas & mittis aer ẽ:Aegy
pti nanq; talis locus eſt. Videntur autem mihi poſterorũ poetarũ aliq
quo pacto res habuerint ſuſpicati. Helenam.n. q̃ primum reuertiſſet
Tragicus quidam narrat inſidiis ab Oreſte circũuentam:ſuperſtitibus
eius fratribus euanuiſſe:hoc autem finxiſſet nunq̃ ſi Helena poſtea in
gręcia reſediſſet Menelaoq; cõiuncta apparuiſſet. Gręcoꝝ itaq; res
ad id q̄d dixerã miſerię poſt illud bellũ humilitatiſq; deuenere. Troia
norum aũt res longe meliores clarioremq; acceſſum ſortite ſũt. Nam
tum Aeneas cũ claſſe:& magna manu ab Hectore miſſus. Italiamq; in
ter europę regiones opulentiſſima fortunatiſſimaq; eſſet imperio te/
nuit. Tum Helenus in mediam traiiciens gręciam Moloſſis Epyroq;
Theſalię propinquę dñatus eſt. Enimuero utrũ ueriſimilius fuerit de/
uictos ne in oram uictorum:an uictores in eorum qui deuicti ſupatiq;
eſſent ſolum nauigare dñariq; apud eos? Qui aũt (ſiquidem Troia in
captiuitatem acta eſt) ii qui Aenęam Anthenoremq;:& Helenum ſe/
querentur non quouis gẽtium magis atq; in gręciam europãq; fugere
neq; aliquum Aſię locum amauerũt cęperũtq; q̃ in illorum terras cõ/
tinuo nauigare maluerint:a quib⁹ expulſi atq; fugati eſſent? Et quonã
modo ii omnes neq; paruis regionibus neq; obſcuris impitarunt? Po
terant ãt & ipſam quoq; gręciam ubi eis collibuiſſet facile intercipere
ſed ob iuſiurandi pignora nequaq̃ id uoluere. Verũtñ ipſe Helen⁹ nõ
parum huiuſce regionis continente abſcendẽs intercęperat. Antenor
aũt cum Venetorum imperio tũ optimi circũ Adriã ſoli potitus eſt.
Aeneas uero Italię cũctę ſuperitauit & urbem oĩum maximam cõdi/
dit habitauitq;. Hęc ãt a profugis hõib⁹ & domęſticis infortuniis ob/
rutis fieri potuiſſe cõſſentaneũ certe nõ ẽ:ſed illis ſupq; fuiſſe ſi q̄s eos
reſidere pmiſiſſet. Deinde cũ qua ſiue pecuniaꝝ ſiue exercit⁹ oportu/
nitate medios p hoſtis fugientes abiere:& incẽſa urbe pditis reb⁹ oĩb⁹
ubi pdifficile foret uel eos q̄ corporis robore ętateq; ualerẽt ipſa ſer/
uare atq; tueri corpora:quo pacto cũ filiis uxorib⁹ ac pentib⁹:& ipſis
deniq; opib⁹ profugere potuiſſent:cum improuiſo pſertim iſpatoq;

urbs eſſet in captiuitatem acta. Non.n.pro more paulatim ꝑ indutias
abire licuit ſed quicq̄d fieri in hoſtis potuit ab hoſtibꝰ factũ ac ſequitũ
eſt. Hector ãt (ueluti ꝓhibent) ubi Achiuis remigãtibꝰ magnꝰ hoĩum
in urbẽ numerꝰ cõfluxiſſet: & ex ſociis ꝑmulti eẽnt q abire nolẽt. Ae/
neã q haud acq̄eſcere uideret̃ niſi & ip̃e impii ꝑtem ſortiret̃. (Hec.n.
belligerãti ſibi & Achiuos fortiter expellẽti Priamus pollicitꝰ eſt) ad
Coloniã capiundã mittit: neq̃ auro neq̃ exercitui parcẽs ſed oĩa pro
ipiꝰ Aeneę uolũtate q̄ promptiſſime ac comodãs: q̄ppe q̄ dignũ eũ
ſibi uideri q & imparet & haud ſeſe principatũ haberet humiliorẽ di/
ceret. Proinde par eſſe dictitabat Hector ut alterã ille ſibi terrã cõpa
ret eſſe ãt talẽ qui facile pro ſuis uiribus totiꝰ europę dñatum teneat.
Nã ſi hęc ita fiãt ſpare ſeſe: ut ſui ipſoꝝq̃ poſteri donec genꝰ haud in/
terierit utriq̃ ſint cõtinẽti dñaturi. Cum igit̃ ita Aeneã Hector: ut hęc
& ip̃e uellet precaret̃: ille q̄dẽ ꝑtim quo Hectori morẽ gereret: partim
quia maiora adepturũ ſe ſparet cõditiõem admittere: & Colonia ſic
fieri ab illoꝝ uiribꝰ: & prudẽtia hoĩum: q ob eã qua fauſta atq̃ proſpa
fortuna fruerent̃: q̄ primũ id rurſꝰ pręſtare potuiſſent. Antenor ãt ubi
Aeneã ad coloniã miſſum intueret̃: cępit & illũ quoq̃ impitã de euro
pę deſiderium: & ita claſſis huiuſmõi alia ornari. Pręterea quoq̃ ubi
& Helenus q deteriorem ipſe: ac Deyphobꝰ cõdictiõem ſortitus eſſet
& Priamũ patrẽ p̃cibus obſecraret nauibꝰ exercituq̃ acceptis in grę
ciã: utpote cõmodã paratãq̃ terrã denauigauit: Quã oẽm ꝑcuſſis fę
deribꝰ in deditõem accępit. Proinde & ip̃e quoq̃ Diomedes ex argo
fugiens poſteaq̄ de Aenęa certior factus eẽt quaſi pax inter ſe: & ami/
cicia intercederet ad eũ uenit: rogauitq̃ ſibi auxilio foret tum Agame
mnonis tũ ſuas erũnas explicans: Aeneas uero illum qui paucas admo
dum haberet nauis excepit ꝑhumaniter: & quoniã iã regionem Italię
oẽm teneret ditiõe ſuaꝝ quadã copiarũ partẽ ei tradidit. Poſtea uero
ii q a Doriẽſibꝰ deuicti Achiui exulabãt ob infirmitatem qua uerterẽ
ambigui in Aſiam ad Priamũ Hectorẽq̃ tãq̄ amicos recõciliatoſq̃
uenere. Ab quibus amice humaniſſimeq̃ ſuſcepti ꝑente: & alia nõ par
ua opida muneri ſibi dedita inhabitarũt: q uero minꝰ his fidei adhibet
inueterara ſolũ ductꝰ opinione ſciat ſe impotem eſſe: qui deceptiõe li
berari: & ab ueritate mẽdaciũ internoſcere quiuerit. Nam q̄ hoĩes q
ſua ſpõte inſanire uoluerint multũ ea temporis crediderunt id profe/
cto ualidi habet nihil: neq̃ quoniã apud maiores mẽdatia dicta rece/
ptaq̃ fuerit eo firmitatis debẽt aut roboris habere q̄cq̄: nã & d alííſ illi
ꝑmultis differũt & cõtraria opinãt̃: ueluti ſtati ab inicio de bello ꝑſico

Alii quidem dicũt nauale prelium circa salamina: posterius eo gestũ quo apud plateas dimicatum est. Alii autem cõtra ꝙ ad plateas gestũ sit posterius eo tradunt quo circa salamina decertatum cũ tamen con tinuo post ipsum belli apparatum litterarum mouumentis mandatũ fuerit. Nam ꝙ certum firmum uerumq; fuisset paucis cognitum: sed famam duntaxat audiunt: & ii maxime qui ea tempestate fuere. Qui uero post illos secuti sunt: itemq; & tertii nullam prorsus rerum expe/ rientiam nullam cognitionem teuẽt. Sed quodcũq; aliquis dixerit ad mittunt facile quandoquidem scire tam Lacedemoniorum decuriam quandam nomiuant: quę certe ueluti Thucydides ait fuisset nunq̃ Ar modium uero: & Aristogitonem imprimis omnium Athenienses ho/ nore drosequunt̃ pinde atq; .R.P. libertatis: & Tirãni excidii necisq; auctores illi fuerint: At quid humana dicere oportet: cum & cęliũ ab Saturno castratum: Saturnum autem na Ioue filio: & credant: & dice re ausint. Primo .n. deprehenso mendatio atq; cognito (ut dici solet) persuaderi certe: & credere absurdnm est. Volo preterea: & pro Ho/ mero ipso respondere: ꝙ neq; certe indignum est mentienti hac in re sibi assentiri. Primum quidem ꝙ: & mendatia hęc lõge minora iis fue rint: quę circa deos immortales locut⁹ est. Deinde ꝙ & utilitatem quã dam illis qui per id temporis erant Gręciis afferre uidebatur ne scili cet tumultũ inter se: turbisq; disiderent si bellũ ipsis (ueluti erat suspi/ tio) cum Asianis fieret nihil autem incumbebat in eũ: siue odii: siue si/ multatis: si cũ Grec⁹ esset quoquomõi iuuaret suos. Nã & hęc Persarũ in Grecos expeditio apud multos est: sed ego ex uiro in ędo audiui: q dicere minime omnium his persas assentiri: quę apud Grecos trade/ rentur: sed Darium qnidem tradunt exercitum in Naxon Eretriamq; Dati: & Artapherne ducib⁹ misisse: & eos captis urbibus ad regem re düsse: lis autem in Euaoeam impetum faciẽtibus nauis paucas a classe segregatas in eam irruisse: & eas quidem iungit aut plures quo loci: & quaddam in nautis prelium eum Atheniensibus gestum esse. Deinde uero: & Xerxem cum exercitibus in Gręciam transmisisse: ab quo: & Lacedęmonii ad Termopylas superati deuictiq; fuerint: & rex eorum Leonider obtruncatus Athẽniẽsium uero urbs euersa fundit⁹: & quot quot fugam minus arripuissent in captiuitatẽ acti. His autem peractis & tributo grecis indicto Xersem iu Asiam reuertisse. Quod autem cõmẽtitia hęc sint facile admodũ patet: ꝙ ãt cõsẽtaneũ fuerit regẽ ius sisse Asie populis in exercitũ irẽt: ne turbis disiderẽt fieri plane: potuit q̃re si et id a b Homero factitatũ ẽ: digu⁹ certe cui ignoscat̃ uideri de

bet fortassis āt dicat aliq̄s q̄ si pperā q̄ dicunt audierit. Nō recte grecis timoré inijcis. At nihil amplius ē eiusmodi: neq; uerendū quidē: nequā do ex Asia traiiciāt exercitus aduersus greciam ulli. Nā & grecia: sub alior̄ ditiōe posita est. Itē & Asia. Veritas aūt uero minimi fieri debet Accedit ad rē q̄ si me psuasum ire in his ita rebus dicēdis starem: dicerem fortasse. Ver̄ eñ maioribus grauioribus cōuitiis ab me grecos liberari dixeri. nā q̄ grecos urbē cepisse nullā ab me dicat: id absurdū certe nihil. Nā neq; dicebat eos qui in eiusmōi regionē expeditōes duxissent ī quā minime oīum decuisset facta demū pace abiisse: neq; probum & fortē nir̄ a simili uiro Hectore dimicātē occisum esse: neq; id profecto cōtumelię ascribi debet. Quin & is qui esset moriturus libē tissimus id admitteret: queādmodum. n. Achilles fingebat iniqueus.

Sic utinam magnus me loeto affecerit Hector.

Qui uirtute prior cunctis: hic prestat & armis.

Fortissimum aūt inter grecos ab hostiū ignauissimos enecari permagna me Hercule cōtumelia ē. Eodē uero mō & Aiacē qui tū sape plurimum tū grecor̄ moderatissimus cōtinētissimusq; eē uideret. Primū quidē pecudes ac boues pro regibus iugulare: tādē uero seipm armorum gratia perditū ire turpissimū q̄dē fuerit. Astyanatē preterea fortissimi uiri filiū emoenibus p̄cipitē deiectū: & id ex publica tū exertit⁹ tū regū s̄nia seuissime adeo enecare. Et Polixenā uirginē supra Achillis monumēto iugulare: & huiusmodi fusionibus deę filiū inspergere. Cassādrā uero ī primis uenustā pulcherrimāq; puellā Apollinis Sacerdotē in ipso ministerio r̄ sacello Minerue finiti sacrū tenentē manu ab illo cōstuprari: qui nō eēt ex ignauis: aut indignis quispiam: sed q̄ in generosis & clarissimis haberetur. Priamū aūt Asię regē extremo in senio ad arā Iouis ab quo gen⁹ duceret: & cū fossum: & sup illa ipa iugulatum: neq; id sceleris ab obscuro quo piā: sed ab ipso Achillis filio paratum: ab ipso inq̄: a cuius ille patre: & intra domesticos lares except⁹ esset. & saluus autea effectus. Hecubā uero miserā tot nator̄ matrem Vlyssi in contumeliā datā & pre malor̄ calamitatūq; magnitudine ridiculose admodū canā factā. Grecor̄ autē Imperatorē Agamenonē eā sacrā puellā ab Apolline uxorē agere: cui nemo pp numen nubere ausus esset. Vnde & iure interiisse uisus sit. Quāto melius si grecis hec facta nō essent: q̄ Troiam in captiuitatem actam fabulari.

¶ Laus. Deo. Finis.

¶ Nicolaus lucarus: Borſio cauitello: Patritio Cremonenſi: uiro Rariſſimo: Salutem.

MAgnas tibi agere gratias uniuerſi reꝝ Antiquarum indagato/res humaniſſime Borſi: merito poterunt: qui Dionis pruſenſis extinctá pene memoriá reſurgere: & in lucem prodire: ſtudioſiſſime curaueris. Nam quibus magis ſe debere fateantur humanarũ artiũ cultores: q̃ his: quoꝝ íduſtria: atqꝫ ſollertia: uetęra obſoleſcere: & átiquari non permittuntur. Obſcuꝝ erat tanti auctoris nomé ac precioſiſſi/m⁹ theſaurus tineaꝝ eſca futurus erat. Tu uero quum mecũ: ut ſoles ſermonem inſtituiſſes de litteraꝝ laudib⁹: & de beatiſſima libroꝝ copia: quam per Chalcographos miro quodá artificio conſecuti ſumus: patrięqꝫ noſtrę: (quá ut nũc eſt:) perpetuo feliciſſimá optamus congratulareris: ꝙ nõ aliunde conquiſita uolumina: nec peregrinos codices: ſed uernaculos: iam lectitare licebit illico Dionem hunc aureum táq̃ Phoenicé ex Arabia allatá obtuliſti: qua diligéti⁹ perſpecta: optimis ingeniis nihil gratius fore iudicaui: non tam ex rei ipſius nouitate: q̃ ex ſublimi: argutoqꝫ dicentis charactere: nec iniuria: qs. n. homericę maieſtati detracturus quippiam accederet: niſi grauiſſimis uerbis: uibrantibuſqꝫ ſententiis inſtructus. de qua quidem re copioſius fuiſſet diſſer/endum: niſi Franciſcus philelphus uir ſui ſeculi eruditiſſim⁹: Leonar/dum Aretinũ alteꝝ apud Ethruſcos arpinaté: ſuauiſſima pręfatione alloquens: q̃tum Chriſoſtomo Dioni tribuédũ ſit: multis ualidiſqꝫ argumentis comprobaſſet: habebũt prętcrea: unde gratias habeát: qui Troianoꝝ uicé grauiter dolebant: ſtomachati potuiſſe oíum quę ſub cęlo erant: quondam Floretiſſimam Troiam palliatę gręcie ſuccumbere: neqꝫ exulcerato aío auſpicatiſſimam Romá ex relliqis Troiani incendii repululaſſe audient. Sed glorioſam ex iis originem duxiſſe: qui auito regno aſięqꝫ latiſſimo imperio nõ contenti. Europę etiam fines inuadere: latioqꝫ habenas imponere non ueriti ſunt poſteritatis ſuę opus tandem daturi urbé illam: quę ſoli Iouis regię cederet: uel ſola Cęlorum iniuria eu[e]rti poſſet. Quũ igitur opuſculũ hoc recogno/uiſſem: tuoqꝫ hortatu: uix tñ ab erudiendę iuueuentutis noſtrę laboribus reſpirans. Caſtigaſſem aliquátulum: impreſſoribus tradere: & noſtri & publici cómodi eſſe duxi: maiora indies daturus: ſi hęc bene auſpicantibus ingeniis placuiſſe cognouero. Vnũ tñ Lector cádidiſſime

admonitum te uelim nos non ea lege negociũ hoc suscepisse: ut Calcographos suo uitio eximere: & uel deprauatas: uel inuersas: uel deficientes litteras: aut syllabas: aut dictiões: nostrę culpę esse uelimus: pro eorum incuria nihil nos prestare uelle: hoc primum hoc ue postremũ sit. Tu interim Cauitellę gentis: & Cremonę Cõis patrię: decus amplissimum: nos ama: lucubratum culisq; nostris te defẽsorem para.

Petri marię Camarini Papiensis Decasticon. Ad Lectorem.

Noscere qui phrygias uero cupis ordine pugnas:
 Aurea Dionis hec monumenta lege.
Gręcia Rhoetęo quę iam sub littore gessit:
 Meoniis canit hic condita Bella sonis.
Sed non lectorem ficta sub imagine ludit:
 Nulla hic lethęo somnia rore madent.
Quantus Athas cursu: medicis Podalirius herbis:
 Sincero tanta est huius in ore fides.
Quale igitur precium tenuis sibi gemma rependit:
 Tale sibi Dion uendicat iste decus.

Ingeniosissimi & Diligentis chalcographi Bernardini de misintis Papiensis opera: una cum Cęsare Parmense Dion Chrisostomus Prusensis in lucem elegans: splendens: & integer: rediit Cremonę. Impressus: Anno ab incarnatione ~~sacratissimę uirginis~~ Christi. 1492. undecimo Kalendas Augustas.